PRESENTED TO THE ★ Shelf No.
~~4047.16~~
** M149.42

Public Library of the City of Boston

SICUT PATRIBUS, SIT DEUS NOBIS.
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

By Joshua Bates, Esq.

Received

Muſice Actiue Micrologus Andree Ornitoparchi

Ornitoparchi Oſtrofranci Meyningenſis, Artiū Magiſtri, Libris Quattuor digeſtus. Omnibus Muſicę ſtudioſis non tam vtilis ꝙ neceſſarius.

IN LIBELLI TITVLVM INSCRIPTIONEMQVE IOCVS.

Nō, quaſi res humiles verbis liber efferat amplis,
Deſpicias, titulus quom tibi lectus erit.
Sed tibi ſuccurrat, paruo hic ſermone doceri
Quicquid habet docti Muſica dulciſona.
Nonne vides (pictis ſi quid moueare figuris)
Vt numeros Orpheus, Euridiceq; canant?
His igitur ſtudeas, quoniam eſt occaſio, lector,
Et facito ne ſis tute πρὸσ ἀυλὸν ὄνοσ.

micros .i. paruus Microcoſmus mundus .i. homo.



Nicolaus Mareſcalcus Thurius, Utriuſq; Juris doctor, In Muſicen Andree. Ornitoparchi.

Attica ſi quid habet, vel ſi quid Romula muſa,
  Si quid Jeſſee, ſacra camena lyre.
Ingenio clarus dedit Ornitoparchus et arte,
  Connectens paruo, dogmata multa, libro.
Addidit ille Typos, ne res obſcura moretur,
  Auribus atq; oculis, vtilis vſq; placet.
Ergo age qui veras, facileſq; ad neumata leges
  Scire cupis, mox huc, empturienter ades.

Philippus Surus Miltenburgenſis. Artium Magiſter ad Lectorem Muſice ſtudioſum.

Si tua muſarum, dignaris corpora cetu.
  Atq; ſcius Cytharis, ſemper adeſſe cupis.
Hunc pete. prebebit ſtudioſa Pallade cunctos
  Acceſſus, facileſq; illius artis opes.
Nempe hec tellurem, pontum, volucreſq;, feraſq;
  Aſtra deos, homines, Muſica auerna rapit.
Aere quidem paruo venit hec chariſſime lector
  Ergo λυρασ faxis neu videaris ονοσ

* 4017.16
J. B. Sept. 15, 1851.

Spectabilibus preclariſq; viris Lunenburgenſis reipublice mo- deratoribus oculatiſſimis, Andreas Ornitoparchus Meyningenſis Liberalium diſciplinarum Magiſter: Salutem.

SOcratem illum, quē Clarij oraculū dei ſapientiſſimum predicauit, dicere ſolitum legimus. Pectora hominum feneſtrata eſſe oportere, nec ocultos habere ſenſus. Quod ſi nobis hodie obtigiſſet, patres ampliſſ. profecto beneuolētiam; ergo vos, veſtroſq;, palam videretis meā. Sed quū ſermo animorum ſit index, nec niſi aut verbis, aut ſcriptis, hoīes, abſtruſoſq; hominū conatus cognoſcatis, abſentis ſcripta, non ſecus ac corā loquētis verba, equis animis ſuſcipiatis queſo. Nec mihi ſurgunt criſte, Nec creſcentem tumidis inflo ſermonibus vtrem, Sed integritas veſtra facit, comitas facit, religio facit (qua pre ceteris Borealibus, qui Baltica accolūt littoera, clari eſtis) q; concinētie diſciplinā, quā greci Muſicen dicunt, Chriſtiane religionis altricē, morum, probitatis, rerumpublicarū deniq;, ſi Priſcis fides vlla preſtanda eſt, parentē, tractare tentauerim, Vela inſanis vndis crediderim, Zoilis atq; Therſitis in me ſeuiendi copiam dederim, Varias regiones, non citra rerum mearū iacturā, eius rei inquirende gratia acceſſerim, pro quiete laſſitudinem, pro ſolatio tribulationē, pro gloria cōtumeliā, pro abundantia inopiam ſepe (vt fit) ſuſtinuerim.

Arrogantie ac aſſentatōis excuſatio.

Sed hec omnia, viri maximates, leuia viſa ſunt. Ut dormitātibꝰ ceteris, q̄s vr̄a reſpub. fouet, ipſe imprimis veſtre, et ſubinde toti Germane iuuentuti hac in re prodeſſem, mores componerē, atq; per honeſta muſice ſolatia, ab illicitis conatibꝰ reuocatos, ad ſeria paulatim ſtudia adoleſcentes incitarē, Nā et Socrates, et Plato, Pythagoriciq; oēs iuuenes iuuenculaſq; in muſicis erudiri, nō ad laſciuie incitamenta, quibus ars ipa vileſcit: Sed ad motus animi ſub regula, rationeq; moderādos communi lege ſanxerūt.

Socrates. Plato Pythagorici.

Cū enim inquieta ſit iuuenū natura, oblectamentorūq; per omnia cupida, et ob id ſeueriorē non ſuſcipiat diſciplinam, ſub honeſta Muſice voluptate, ad ea ducatur ſolatia, que honeſtā valeāt oblectare ſenectutē. Sed inter ea, quibus ſe oblectare humanus ſolet animus, Quod maius, quod ſalubrius, qd̄ honeſtius muſica ſit, inuenio nihil. Cuius tanta vis eſt, vt nec ſexū repellat, nec etatem, Et: vt eſt apud Macrobiū reconditiſſime ſcientie virū: nullū tam immite, tāq; aſperū pectus eſt, quod nō oblectamentorū eius moueat affectu, Curas enim abigit, clementiā ſuadet, iras et reprimit et ſuggerit, artes alit, concordiā nutrit, heroū mentes ad facta fortia accendit, cohibet vitia, virtutes et gignit, et ornat genitas, mores cōponit. Inter oīa enī que ſenſū patiuntur, id ſolū mores obtinet, quod auribꝰ obuiū eſt, queādmodū in Muſicis problematibꝰ diffuſius Ariſtotiles declarat. Hic Agamemnō

Macrobi.

Philelphꝰ in conuiuijs. Quĩtilianꝰ.

ĩpator, ad bellũ Troianũ iturꝰ, auctore Philelpho, muſicũ domi reliq̃t, qui Clitemneſtrã cõiugẽ per muliebriũ virtutũ laudes, ad pudicitiam, ꝓbitatẽq; cõiugalẽ cãtu hortaret. Quare nõ prius illã ab Aegiſtho viciatã ferũt, q̃ is e medio muſicũ, q̃ adulteriũ impediebat, impie ſuſtuliſſet, Sed et Licurgus, q̃uis ſeueriſſimarũ legũ Lacedemonijs ſuis Autor eẽt, Muſices ſtudiũ egregie videt amplexatꝰ, ſcribit Quĩtilianꝰ. Trãſeo veteres illos philoſophos, ita enĩ q̃ ſapientes dici maluerũt, qui in hac vna, tanq̃ Gazophilatio quodã, ſũmã ſtudiorũ ſuorũ repoſuerẽt. Trãſeo Reges et principes, qui ob mirandã artis huiꝰ dulcedinẽ, imẽſa auri põdera cõterũt. Trãſeo deniq; religioſiſſimos quoſq;, qui et ſi ab oĩbus terrenis voluptatibus ſint alieni, ĩ hac tamẽ vna, tanq̃ diuino quodã oblectamẽto, iugiter pſiſtũt. Que cũ pia ſit, iucũda ſit, celeſtis ſit, naturã habens et diuinã, ⁊ pulchrã, ⁊ beatã, libellũ hunc, quo omnis actiue muſice nodoſitas explicat, apud Roſtochiũ Baltice ore celebre Gymnaſiũ, prima fetura natũ, ⁊ iam in tribus preclaris Germanie Academijs, Tubingenſi, Heydelbergenſi ac Maguntino, maiorũ cenſura emendatũ, ac publice lectum, veſtre vrbis ingenuis adoleſcentulis dicare ſtatui. Ut horũ meritis poſteritas adiuta, non mihi, ſed ipſis tanq̃ mouentibꝰ cauſis, iura gratiaꝝ pſoluat. Quãobrẽ, patres oculatiſſimi, prudentiã veſtrã oro (vos ſaltẽ, vt exorator ſiem ſinite) vt et libellũ hũc, piũ magis q̃ iucũdũ non temeritate ſed pietate in lucẽ editũ, veſtriſq; filijs dicatũ, amicis oculis ĩſpicere, et vt eũdẽ pie ac hũaniter fouere, dignemini, ſtyli hũilitatẽ, ac libri paruitatẽ nõ dedignantes. Jeiunis enĩ, nõ delicatis (licet ⁊ ipi qđ ſuo cõducat ſtomacho, in eo inueniãt) ſcriptꝰ eſt, Inſup cũ paruos parua, ac magnos magna deceãt, paruus ſum, parua do, maiora polliceor, quũ factus fuero maior. Ualete felices viri tum ornatiſſ. tum prudentiſſimi.

Roſtochium. Tubinga Heydelberga Mogũtia.

Prefatio in operis diuiſionem.

Iuſtinianꝰ Horatius.

❡ Quom ſit vtilius multo, pauca idonea effundere, q̃ multis inutilibus pregrauari, vt iperatoria ſcribit maieſtas hoc Flacci Uenuſini carmie cõmonefacta, Quicquid precipies eſto breuis, vt cito dicta, Percipiãt aĩ dociles, teneãtq; fideles, Hinc breuiſſimis q̃buſdã regulis, actiue muſice precepta, ⁊ ſi nõ oĩa, potiſſima tamen, ex varijs autorũ libris, in vnũ colligere decreuimus. Omniũ enĩ habere notitiã ac in nullo penitus peccare, diuinitatis potius, q̃ humanitatis eſt iudiciũ, Quos aũt hac in re duces ſectatus ſum, et quorum patrocinio fretus potiſſimum, hĩ ſunt.

Theorici:
- Boetius Romanus
- Plutarchus Cheroneus
- Diuus Auguſtinus
- Franchinus Gafforus
- Ualla Placentinus
- Faber ſtapulenſis

Practici:
- Guido Aretinus
- Joãnes põtifex Ro.
- Diuus Bernardus
- Beatus Gregorius
- Berno Abbas
- Joannes Tinctoris

Qui dicantur Cantores.

¶ Practicus huius diſcipline cantor dicit. Qui ea ꝓnũciat ac canit, que
muſicus dictante ratione ꝓponit. Unde inutilis eſt cõcentus, quẽ cãtor
abiecta ratiõe ꝓnũciare tentauerit, ſi idipſum quod ꝓnũciat, intellectus
puritate nõ tenuerit. Recte igit Joannes papa. zz. ca. z. inquit. Cui cã- Ioan.
torẽ melius cõparauero ꝙ ebrio, qui domũ quidem repetit, ſed quo calle Papa.
reuertat, penitꝰ ignorat. Eſt ꝑfecto Muſicꝰ ad cantorẽ, ſicut Pretor ad
preconẽ. Quod Guidonis Aretini iſta probat ſententia. Muſicorum ac
cantorũ magna eſt diſtantia. Iſti ſciunt, illi dicũt, que componit muſica, Gui-
Nam qui facit, quod non ſapit, diffinit beſtia, Uerũ ſi tonãtis vocis lau- do
dent acumina, ſuperabit philomena vł vocalis aſina. Speculatiuꝰ itaq; Areti-
muſicus practicũ antecellit. Eſt enĩ preſtantius multo, ſcire, quod quiſq; nus.
facit, ꝙ id ipſum facere, quod ſcit. Inde edificiorũ opera. ac triumphos
cernimus attribui ijs, quorũ imperio ac ratiõe conſtituta ſunt, non quo-
rum opere ſeruitioq; ſunt perfecta. Plurimum igitur intereſt, Muſicus
ne quis dicat, an cantor. Nã et. Fabius Quintilianus, inter claros ſapi-
pientia viros, Muſicos vſq; adeo celebratos comemorat, Ut ijdem mu- Qui-
ſici et vates ⁊ ſapiẽtes iudicarentur. Cantores autem, qui muſicam nec tilia-
a limine ſalutauerint, Guido beſtijs connumerat. nus.

De Muſice inuentoribus.

¶ Muſicã antiquiſſimã eſſe, clariſſimi ſcriptores teſtimonio ſunt. Nam Fabiꝰ
et Orpheus et Linꝰ, ambo dijs geniti, Fabio teſte, ea claruerunt. Cuiꝰ Qui-
inuentionẽ alij, alijs attribuerũt. Tum, ꝙ ob vetuſtiſſimã antiquitatem, tilia- nus.
hũane inuentionis auctor incertior ſit, Tũ ꝙ tante rei dignitas, tot, tan- Linꝰ.
toſq; in amorẽ ſui trahat, Ut ſinguli (ſi fieri poſſit) auctores ſe dici ve- Am-
lint. Quare et alij Linũ Thebeum, alij Orpheũ Threiciũ, alij Amphio- phi.
nẽ Dirceum, alij Pythagoram Samiũ, artẽ hanc reperiſſe arbitrantur, Py- tha.
Inſuper Euſebius Dionyſium, Diodorꝰ Mercuriũ, Polybius Arcadũ Euſe-
maiores. Apud quos tanta eſt muſice celebritas, vt eiꝰ imperitiam illic bius.
fateri turpiſſimũ ſit. Nec id laſciuie cauſa vel deliciarũ, Sʒ vt labores aſ- Dio-
ſiduos, preterea aſperitatem. duriciem, ac auſteriores mores, ex celi qua- dorꝰ.
dã triſticia peruenientes, hac, quaſi dulcedine, remolliant, atq; contẽpe- Arca- de.
rent, inq̃t Celius lectionũ antiquarũ lib. 5. Si tñ Joſepho, ac ſacris lr̃is Ioſe-
fides vlla preſtanda eſt, Tubal filius Lamech, eiꝰ inuentor precipuus, et phus.
antiquitate primus, ante diluuiũ duabus tabulis, lateritia ſcilicet ⁊ mar- Tu-
morea, poſteris eam reliquit inſcriptã, Quarũ alterã, marmoreã ſcilicet, bal.
vſq; hodie in Syria eſſe, quidã prodiderunt. Sed ne ex inuẽtorũ plurali- Celiꝰ
tate error conſurgat, Conſtat Tubal ante diluuium, Moſen apud He-
breos, Orpheũ, Amphionem, ⁊ ceteros tales apud gentiles, Pythago-
ram apud grecos, Boetium vero apud latinos, muſica primũ claruiſſe.

Caput Secundum de vocibus.

Moſes. Boe. Conſonantia, que omnẽ muſice regit modulationem, ſine voce non fit, nec vox ſine ſono, inquit Boetius lib.1.ca.3. Vocis igitur deſcriptionem inueſtigantes, Neceſſario duxim⁹ inquirẽdum, qui ſoni proprie voces dicantur. Notandũ ergo eſt, ꝙ ſolius animantis ſonus, vox proprie dicit̃. Inanimata enĩ vocalia nõ ſunt, ſcribit Celius antiquarũ lec. lib.10. ca.53. Et ſi fiſtulas aut fidiculas dicam⁹ vocales tranſlaticiũ eſt, atꝗ nõis abuſio. Neꝗ animãtibus omnibus vox eſt, ſanguine enĩ carentia, non vociferant, Neꝗ piſces vocem emittunt, quia vox eſt aeris motus, ꝗ aũt aerẽ nõ recipiunt. Cum igitur animal tantum vocẽ emittat, et non omne. neꝗ omni corporis parte, Manus enim attrite ſtridunt, non vocem faciunt. Eſt igit̃ vox ſonus ab ore animalis perfecti, conſilio vel ſignificatione prolatus, Conſilio dico propter tuſſim, que vox non eſt Significatione vero propter dentiũ ſtridorem Sed quũ hec vocis deſcriptio, voci viue tantum, non ſurde muſicali (que imprimis cũ ſola ſyllaba ſit, niſi exprimat̃ actualiter, ſurda eſt) cõueniat, oportet aliam ipſi magis conuenientẽ inueſtigare. Eſt igit̃ vox muſicalis quedã ſyllaba, notarũ tenores exprimens. Nota vero, Eſt figura qua cantus intenſio vel remiſſio deſignatur.

Celi⁹

Quis voces Muſicas primo inuenit.

Gafforus. Guido. ¶ Quom autem omnis modulatio vocibus perficiatur, et voces ſcribi non poſſint, ſed memoria teneantur, vt Gafforus lib.5. Theorice.ca.6. et primo practice.2.ca.refert, Quo ergo facilius memorie mandarẽtur, Guido ille monachus Aretinus, diuina inſpiratiõe ductus, Hymnũ diui Joannis baptiſte deuote examinans, rythmoꝝ ſex capitales ſyllabas, ſcilicet, vt, re, mi, fa, ſol, la, muſicis cõſonantijs cõuenire perpẽdit. Quare eas in introductoriũ ſui chordis appplicauit, Qđ Joãnes.22. Romane vrbis pontifex approbauit.

Ioan. papa.

De vocum diuiſione.


¶ Vocũ diuiſionẽ, qua in vniſonas, equiſonas, conſonas, emmeles et ſic deinceps diuiduntur, in quarto huius diſcutiam, Hic ſolum quod ad preſens ſufficit ponderando. Vocum ergo.

Alie	bmolles	dicuntur ſcilicet.	vt fa	quia	mollem	cauſant ſonum.
	Naturales		re ſol		mediocrẽ	
	♮durales		mi la		durum	

¶ Vocũ inſuper alie ſuperiores, ſcilicet fa, ſol, la, alie iferiores ſcꝫ vt re, mi.

Regule de Vocibus.

¶ Prima vt, in harmonico cōcētu: aliarū vocum caput eſt ⁊ principiū.
¶ Secunda: voces ſuperiores in deſcenſu: inferiores in aſcenſu rite ꝑferantur. Huic tamen regule loci contra ire quattuor inueniuntur.
¶ Primus in ffaut nunq̄ canitur vt, niſi ſit cantandum fa. in b fa♮mi.
¶ Secundus: in bfa♮mi oportet ſꝑ eā: quā Schala requirit canere vocē
¶ Tertius: vna et eadem vox non debet repeti in ſecundis: licet idipſum in quartis: quintis: ⁊ octauis optime fieri poſſit.
¶ Quartus: nec ſuperiores in deſcenſu: nec inferiores in aſcenſu cantentur, quando mutationem cauſant non neceſſariam.



¶ Progreſſio ſex muſicalium vocum ſecundum Arſim et Theſim.

Caput tertium de Clauibus.

Latinorum prudentia muſicorum: grecam ſolertiam imitata (cū antea difficillimis quibuſdam ſignis: chordas ſignarent cantores) muſicale introductorium: primitus literis inſigniuit. Quib⁹ poſtea Guido Aretinus: quas reperit voces: coniunxit: claueſq; muſicales per lineas ac ſpatia: vt in introductorio claret ſuo: primus omniū ordinauit: Eſt igitur Clauis: aggregatum ex litera ⁊ voce. Principiū enī cuiuſq; clauis litera eſt, finis vero vox: Voce dico, nō vocibus: Tum q̄ omnes claues vocum pluralitem non habeant: Tum q̄ generum: ſpecierum: ac differentiarum: ex quibus diffinitio cōſtituitur: nomina: pluraliter exprimi nequeant, animal enim: nō animalia genus eſt, Homo ſpecies, non homines: rationale differentia, non rationalia. Vł formalius: Clauis eſt reſeratio cantus: eo q̄ ſimilitudine clauis realis cantum aperiat.

Latini muſici.
Gui.


De Clauium numero ac differentia.

¶ Claues: vt Franchin⁹. lib. p̄mo practice ca. I. ſcribit: ſūt due ⁊ vigiti numero. Licet Joānes papa. XX. et Guido (quē ip̄e poſt Boetiū in muſica plurimū valuiſſe ca: quito fatet) viginti tantū ponāt. Hec aūt vigiti

Franchin⁹.

due claues, triplici cõprehẽdunt ordine. Quorũ primus capitalium eſt, ſecundus minutarũ, tertius geminatarum. Et iſte claues omnes differunt inter ſe poſitione, figuratione, appellatiõe, quia vna aliter ponitur, figuratur, appellatur, ꝙ alia. Capitaliũ ſunt octo, ſcilicet. Γ.A.♮.C.D.E.F.G. Minutarũ itẽ octo ſcilicet. a b.♮.c.d.e.f.g. bfa♮mi eni non vna clauis eſt, ſed due, Quod ex mutationibus, vocibus, ac inſtrumentis probatur. Idem de octaua eius ſuperiore bbfa ♮♮mi, ſentiendum eſt. Geminatarũ vero ſex ſunt, ſcilicet aa.bb.♮♮.cc.dd.et ee. Harum autem omniũ ſeriem, decem lineis, ac ſpacijs totidem, ſubſcripta declarat figura.

¶ Guidonis Aretini, ordinis ſancti Benedicti monachi, muſici acutiſſimi introductoriũ ſequitur, qui poſt Boetium ſolus, apud latinos Muſicam illuſtrauit, voces reperit, claues ordinauit, ac ex diuina quadam induſtria facillimũ quendam practicandi modum inuenit, vt in ſequenti pictaſmate videre licet.




De clauibus ſignandis.

¶ Clauium quedam ſignande, ſiue vt alij volunt ſignate, quedam vero non ſignate dicuntur, Signatarum quinq; ſunt principales, ſcilicet. Γut. Ffaut, cſolfaut, gſolreut, et ddlaſol. Quas Ambroſiani, vt Franchinus li.i.practice ca.iij refert: coloribus ſignabant. Ffaut rubro. cſolfaut glauco. bb vero geminatam celeſti colore pingentes. Gregoriani aũt, quos Rõana imitatur eccleſia, omnes lineas eodẽ colore ſignantes, quamlibet ſignatarum, initiali ſua litera, aut alio quouis ſigno figurant hoc modo.

Ambroſiani.

Gregoriani.



Signa clauiũ ſignatarum in cantu Plano.

Signa earũdem in menſurali,

¶ Sed que minus principaliter ſignantur due ſunt ſcilicet b rotundum, et ♮ quadratum. Primum quidem vocem fa, ſecundũ vero mi, eo in quo reperitur loco, cantandum demonſtrat. Et niſi quis caute b a ♮ diſcernat, cantui cōfuſionem facere videtur, inquit Berno, ſicut vinum & aquam cõfundens, neutrum deinde diſcernere poteſt.

Ad Lectores.

¶ Quom peccatũ ſit fieri per plura, quod paucioribꝰ fieri põt, Cãdidiſs. lectores, Neglecta igitur manu, qua tyronũ ingenia impediunt, ſeducũt diſtrahunt, Schalam hanc ſupraſcriptã, numerãdo ediſcite, hac enĩ cognita, voces, claues, oẽs deniq; mutatiões facillie cognoſcetis ex intuitu.

De Clauibus regule.

¶ Prima. Clauium ſignatarũ, altera diſtat ab altera ꝑ quintã, dẽpta Γut que ab ffaut ꝑ ſeptimã ſeiungit ¶ Secunda, Claues de numero impari in lineis, pares vero in ſpacijs continent. ¶ Tertia, oẽs ſignate, a qbus

aliarũ iudiciũ ſumitur, in linea ponuntur. ¶ Quarta, Greca litera in gra
uiori introductoꝛũ parte locat̃, ob grecoꝛũ reuerentiam, a quibus muſica
[B]erno defluxit ad nos, inquit enim Berno abbas lib. 1. muſice ſue. Grecã literã
maluerunt ponere moderni q̃ latinam, vt greci innuantur huius artis au
Gui- ctores. ¶ Quinta, omnes claues ab eadem litera incipientes, diſtant per
[d]o. octauam, inquit Guido micrologi ſui. 5. ca. ¶ Sexta. De octauis idem
eſt iudicium. ¶ Septima, non licet muſico plano vltra Γut deſcendere.
nec ſupra eela aſcendere. Hinc tres ſupreme claues, non habent voces in-
feriores, q̃a vltra eas non fit aſcenſus. Nec tres infime ſuperiores, q̃a infra
eas non fit deſcenſus. ¶ Octaua, Quoties in cantu fracto, vltra extre-
mas claues proceditur (quod ſepius fieri ſolet) ſumãt̃ voces ab octauis

Caput quartum de Tonis in genere.

Gui. Tonus, vt Guido refert, eſt regula in fine cantum diiudicãs, vel
eſt cognitio principij, medij, ac finis cuiſlibet cantus, aſcenſum
et deſcenſum indicans.

De Tonorum numero.

¶ Grecorum quattuor tantum tonos obſeruat auctoritas, inquit Guido
micrologi. 11. ca. Prothũ ſcilicet Deuterũ, Tritũ et Tetrardũ. Latini aũt
aſcenſum et deſcenſũ conſiderantes, atq; quẽuis grecoꝛũ autenticũ et pla-
[J]oan. galem partientes, octo tonis omne quod canitur concludunt, inſtar octo
[p]apa. partium orationis. Nam non incongruum videtur, ſcribit Joannes pon-
[F]ran- tifex ca. 10. Ut octo tonis omne quod canit̃ moderetur, quẽadmodũ oc-
[c]hin9. to partibus orationis omne quod dicitur, Hi autem octo Toni, vt Fran-
chi. lib. 5. Theori. ca. vlti. et primo practice. 7. ca. declarat, his apud au-
ctores nominibus appellantur. Primus Dorius, ſecundus Hypodorius,
tertius, Phrygius, quem barbarum appellat Porphyrio, quartus, Hypo
phrygius, quintus Lydius, ſextus Hypolydius, ſeptimus Mixolydius,
octauum autẽ quidã Hypermixolydium dixerunt, alij proprium illi no-
men denegauerunt.


De finalibus Tonorum.

[B]ern- ¶ Finales (vt diuus Bernhardus in muſica ſua non minus vere q̃ bre-
[h]ard9 uiter expreſſit) ſunt litere Cantuum terminatiue. In his enim omnis can
tus regularis et non tranſpoſitus terminari debet, et ſunt numero quat-
tuor, vt ſcribit dominus Guido in Dialogo doctrinalis ſui.

	Dſolre	in qua fi-	Primi		Secundi	
Sci-	Elami	nit om-	Tertij	et	Quarti	tonorum
licet.	Ffaut	nis can-	Quinti		Sexti	regularium.
	Gſolreut	tus.	Septimi		Octaui	


De ambitibus Tonorum.


¶ Unde ambitus eſt nihil aliud, ꝙ circuitꝰ, ſeu ſpatiũ tonis, ꝑ aſcenſu ac deſcenſu, muſicorũ auctoritate conceſſum. Conceduntur aũt cuiqꝫ tonorũ non pluſqꝫ decẽ note ſeu voces, in quibus curſũ ſuũ habeat, inquit diuus Bernhardꝰ in prologo muſice ſue. Cuiꝰ triplex ibidẽ ratio aſſignat̃ ſcilicꝫ pſalterij decachordi auctoritas, eq̃litatis dignitas, ac notandi neceſſitas. Has decẽ voces aliter ordinãt Autẽti, et aliter Plagales. Autẽti enĩ vnã finali ſupponunt, octo ſupraponũt, Plagales vero finem in medio locantes, quattuor ſupponunt, quinqꝫ ſupraponunt, Licet nũc neotericorũ luxuriãs licentia, vndecimã cuilibet ſupperaddat, vt ĩ ſubſcripta figura claret. Bern.



De repercuſſionibus Tonorum.

¶ Unde repercuſſio, que et Tropus a Guidone dicitur, eſt cuiuſlibet toni propria et adequata melodia. Uel eſt proprium cuiuſqꝫ toni interuallũ. vt in ſequentibus patet exemplis.





Regule de Tonis.

¶ Prima, omnes toni impares autenti ſunt, pares vero plagales, hi, q̄a plus deſcendunt, iſti vero, quia ſupra finalem plus aſcendunt, ſic dicti.

¶ Secunda regula. Omnis cantus in principio vltra notam finalē mox ſcandens ad quintam, autenti eſt toni. Qui vero ad tertiam, vel quartā, infra finalem mox ceciderit plagalis.

¶ Tertia. Cantus in medio vltra finem ad octauā nō ſcandens, etiam ſi in principio quintam habuerit, plagalis eſt toni, niſi repercuſſio autēti, ibi reperta, eum preſeruet, vt Antiphona Exortum eſt, que octaui toni iudicatur, quia in medio aſcenſum autēti non habet. Sed repercuſſio ſeptimi in principio mox apparens, eam vt autenti maneat, preſeruat. Uide pontificem. 12. ca.

Quot modis Toni cognoſcantur.

¶ Tonos tripliciter cognoſcimus, principio ſcilicet, medio, et fine. Principio, nam cantus in principio, vltra finem mox ſcandens ad quintam, eſt autenti toni, vt ſupra in ſecunda regula dictum eſt. Medio, et quidē primo, Penes aſcenſum, Nā cantus qui in medio octauam tetigerit, autenti eſt toni, qui vero non, plagalis. Secundo, penes repercuſſionem, quam quiſq; tonorum habet propriam, vt ſupra, ex qua, ſolo auditu, cuius toni ſit cantus, quiuis dinoſcitur. Fine, vt ſupra de finalibus claruit. ¶ Cer-

ta inſuper reperiuntur cantica, que vt autentus aſcendunt, et vt plagalis
deſcendunt, et illa neutralia dicũtur, ſiue mixta, licet diuo Bernhardo mi- Bern-
nus probata, Inquit enim. Et que eſt illa execrabilis licentia, que oppoſi- har.
ta coniungit, metas naturales tranſgrediens, vt diſcontinuitatem iunctu
re, ita iniuriam irrogat nature. Plane igitur inſaniunt qui et plagalem ele
uare, et autentum deprimere, preſumunt. Hec tamen cantica (me iudice) Ioan.
in fine diligenter ſunt conſideranda, ad quem tonum plus declinent, dum papa.
enim ex quinta in finalem deſcendunt, autẽtica ſunt. Sin autem ex tertia
vel quarta in finem ſcandunt, plagalia dicentur. Uide Pontificem. 12. et
16. capitibus.

Caput quintum de Soluizatione.

Vnde Solfizatio eſt cuiuſlibet cantus, per voces muſicales iuxta exigentia mi et fa, regulata modulatio. Eſt enim ſolfizare (teſte Gafforo) ſillabas ac nomina vocum, exprimere. Gafforus.

De triplici canendi modo.

¶ Omnis cantus tripliciter cãtari poteſt, ſcilicet Solfiſando, quod tyronum eſt, vt canere aſſueſcant. Sonos tantum emittendo, quod inſtrumẽtiſtarum eſt, vt audientium atq; conſcientium animus, curas vel immittant, vel adimant. Textum applicando, quod Cantorum eſt, vt laudes deo exprimant.

De Schalis.

¶ Quoniam tonorum diuerſitas, ſolfizandi diuerſitatem cauſet, potiſſimum circa mi et fa. in b fa♮mi, quã ſuperius non vnã, ſed duas claues eſſe concluſimus. Ideo muſicorum ſollertia duas ſchalas, ſub quibus omnis cantus regulatur, atq; decurrit, excogitauit. Et primam quidem a ♮ duro ♮duralem. Secundam vero a b molli, bmollem nominari precipit.

Schale generalis deſcriptio.


¶ Eſt itaq; Schala in genere, nihil aliud, niſi cognitio mi et fa, in b fa♮mi, et octauis eius.

Quid ſit ſchala ♮ duralis.

¶ Schala ♮ duralis eſt vocum muſicalium progreſſio, ſcandens ex a in ♮ duriter, id eſt per vocem mi.

Quid ſit ſchala b mollis.

¶ Schala veto bmollis eſt vocum muſicalium progreſſio, ſcandens ex a in b molliter, id eſt per vocem fa. bmollis igitur ſchala in bfa♮mi fa, ♮duralis vero ſemper mi, requirit, vt in ſequēti Paragraphia ad oculum licet videre.



Schla ♮duralis et q̄ in ea fiunt mutatõēs

Schala bmollis et q̄ ſub ea fiunt mutatiõēs

De Solfizatione regule.


¶ Prima. Solfizans cantū aliquē, pre omnibus tonum reſpiciat, neceſſe eſt. Toni enim cognitio, eſt ſchale, ſub qua cantus decurrit, inuentio.
¶ Secūda. Oēs toni decurrunt ſub ſchala ♮ durali, preter quintū ⁊ ſextū

¶ Tertia. Cantum ſub ſcbala ♮durali decurrere, eſt nibil aliud, ꝙ in bfa♮mi mi canere, Sub ſcbala autem bmolli, fa.
¶ Quarta, Cantu currente ſub ſcbala ♮durali, cantande ſunt voces infime, clauium ſui generis, Sub ſcbala vero bmolli ſupreme.
¶ Quinta omni ſolfizanti videre erit neceſſariū, an cantus regularis exiſtat, nec ne. Cantus enī tranſpoſitio, mutatiōis ſcbale plerūqꝫ eſt occaſio.
¶ Sexta. Omnis cantus in finalibus terminatus, eſt regularis et nō trāſpoſitus, inquit diuus Bernbardus in dyalogo ſuo.
¶ Septima. Quoties cantus aſcendit ex Dſolre ad alamire per quintam mediate vel immediate, et vltra tantum ad ſecundam, cantandum eſt fa in bfa♮mi in omni tono, quo ad cantus iterum dſolre tetigerit, ſiue ſignetur, ſiue nō. Caſſatur autem bec regula quotiens cantꝰ ad Ffaut mox non reciderit, vt in bymno Aue maris ſtella licet videre. Bernhardꝰ
¶ Octaua. In bfa♮mi et octauis eius, non licet canere mi pro fa, nec ecōtra, quia ſunt voces diſſone et repugnantes, Inquit Francbinꝰ lib. I. practice ca. 4.
¶ Nona. b in locis, vbi preter naturam ſignatur, reſpectus eſt mutationis
¶ Decima. Uariata ſcbala, variantur et mutationes cum ea, et in toto et in parte. In toto, vt in tranſpoſitis canticis, In parte vt in coniunctoſis.
¶ Undecima. Quoties ſignatur fa vel mi, preter naturam, oportet ſolfizantem ſignaturam ſequi, quo ad durauerit.
¶ Duodecima, Cum de octauis idem ſit iudicium, quare in eis eadem fiat ſolfizatio vocum.

Caput ſextum de Mutationibus.

Unde mutatio (vt Georgiꝰ Ualla lib. 3. ca. 4. muſice ſue declarat) Eſt alterius pro altero poſitio, Sed bec diffinitio, quoniam generalis eſt, Muſico proprie nō conuenit. Eſt igitur Mutatio (prout noſtro conuenit propoſito) vocis conſone pro voce conſona, in eadem claue poſitio. Et q̇a omnes voces conſone nō ſunt, omnes mutationem inter ſe non recipiunt. Neceſſarium erit igitur videre, quibus mutatio vocibus, et quibus non conueniat, quoniam nec ♮durales in bmolles mutantur, nec ediuerſo, Hoc autem licet videre in pictaſmate ſubſcirpto. Georgi. Valla.

Directorium mutationum Sequitur.



Regule Mutationum.

¶ Prima Quoties defecerit ſex muſicalium vocum progreſſio, neceſſario fit mutatio. ¶ Secunda. In claue vnam vocem habente, mutatio nulla fieri pot poteſt, quia vnica vox ibi in ſeipſam non mutat̃, licet bñ reputatur. ¶ Tertia. In clauibus duas voces habẽtibus, due mutatiões fiunt, prima de inferiore in ſuperiorem, ſecunda ediuerſo. Ab hac regulo excipiuntur claues, vnius gñis voces habentes, vt ccſolfa, et ddſol. ¶ Quarta. Clauis tres habens voces, mutationes ſex admittit, licet ibi ſchalam variari neceſſe ſit. ¶ Quinta. Nulla fiat mutatio, niſi neceſſitas ad eam nos impellat. ¶ Sexta. voces ♭ molles in ♮ durales mutari non poſſunt, nec econtra, quia diſſonant. ¶ Septima. Voces naturales, et in ♮ durales, et in ♭ molles mutant̃, quia ancipites ſunt, preter mi et ſol, re et fa, que inter ſe non mutantur, quia in eadem claue habitare non inueniuntur.
¶ Octaua. In cantus deſcenſu inferior in ſuperiorem vertatur, in aſcenſu autem ediuerſo. ¶ Nona. In claue vnam vocem habente, mutationes tot fieri poſſunt, quot in eius octaua, quoniam de ijs idem eſt iuditiũ.

¶ Decima, Mentalis, non vocalis mutatio facienda eſt, niſi due vel tres note ponantur in eodem loco mutabili.

Caput ſeptimum de modis ſeu interuallis.

Interuallum (vt Boetius, cuius ingenium in muſica nemo attigit vnquam, lib. 1. ca. 8. ſcribit) Eſt ſoni acuti grauiſq; diſtātia. Uel, vt Placentinꝰ lib. 2. ca. 8. refert, eſt via a grauitate in acumen, et ediuerſo. Uel eſt diſtantia vocis a voce, penes aſcenſum et deſcenſum conſiderata, Ex quo liquet vniſonum non eſſe modum, licet ſit modorum principium, quemadmodum vnitas numerorum, dicente Boetio, quemadmodum vnitas pluralitatis numeriq; principiū eſt, ita equalitas proportionū. ¶ Eſt autem vniſonus, ſecundum Georgium Uallam. lib. 2. ca. 2. Status vocis, neq; in acutum, neq; in graue tendens. Uel eſt duarum vel plurium notarum, in eodem loco coniunctio, vt patet in exercitio.

Boetius Placentinus. Boetius Valla.

De numero modorum.

¶ Sunt autem vſitata interualla nouem numero, ſcilicet Semitonium. et eſt ſaltus de voce in vocem, per ſecundam imperfectā, molliter ſonans et fit ſolum inter mi et fa voces. Et dicitur Semitonium, non q dimidium ſit toni, Tonus enim in duo equa diuidi non poteſt, ſed dicitur Semitonium, quaſi imperfectus tonus, Semum enim dici ſolet, quod perfectū non eſt. inquit Boetius. lib. 1. ca. 16. Quottuplex autem ſit ſemitonium, in Theoricis olim diſcutiam.

¶ Tonus, vt Faber Stapulēſis ſcribit, eſt cōſonātiarū principiū: Uel eſt cōſonantia, Epogdoo nūero cauſata. Inquit enim Macrobiꝰ Epogdous eſt numerus, ex quo ſymphonia generatur. quam Greci tonon dicunt. Uel eſt vocis a voce, per ſecundam perfectam diſtantia, potēter ſonans, dictus a tonando.

Boetius, Macrobiꝰ

¶ Tonare enim. ſcribit Joannes pontifex. 22. ca. 8. eſt potenter ſonare. Et fit tonus inter omnes voces preter mi et fa, conſtans ex duobus ſemitonijs minoribus et vno commate.

Ioan. papa.

Semiditonus

Stapulen. Placē.

¶ Quem Faber Stapulenſis ſeſquitonium nominat, Eſt interuallū vocis e voce, per tertiam imperfectam: Tono et hemitonio conſtans ſecundum Placentinum. Species duas habet apud pontificem. ca, 8. Prima eſt de re ad fa, ſecunda de mi ad ſol, vt in exercitio clarebit.

C

Ditonus

❡ Eſt perfecta tertia, ſic dictus, quaſi duos tonos in ſe habeat, Placentino ac pontifice teſtibus, Species habet pariformiter duas, Prima eſt de vt. ad mi. Secunda de fa. ad la.

Diateſſeron

Boetius. ❡ Apud Boetium lib. I. ca. 17. Eſt conſonantia quattuor vocum, et triũ interuallorum. Uel eſt ſaltus de voce in vocem per quartam, Conſtans duobus tonis et minore ſemitonio, Species habet tres, apud Boetiũ li. 4. ca. 13 et apud pontifi. c. 8. Prima eſt de vt ad fa. ſcda de re ad ſol, tertia de mi ad la.

Diapente

Ioan. papa. ❡ Eſt conſonantia quinqꝫ vocum et quattuor interuallorum, habet Boetius lib. I. ca. 18. Uel eſt ſaltus vocis a voce per quintam, conſtans trib9 tonis et ſemitonio. Species habet quattuor apud Boetium lib. quarto. ca. 13. Quare pontifex ipſam Quadrimodum eſſe dicit. Prima eſt de vt ad ſol, ſecunda de re ad la, tertia de mi ad mi, quarta de fa ad fa.

Semitoniumdiapente

❡ Eſt interuallum vocis a voce per ſextam imperfectam, ſcdm Georgium Uallam lib. 3. ca. 21. tonis tribus ac duobus ſemitonijs conſtitutum.

Tonuſdiapente

Stapulen. ❡ Eſt vocis a voce per ſextam perfectam diſtantia. Quam Stapulenſis ex quattuor tonis ac minore ſemitonio conſtare teſtatur.

Diapaſon


Guido. ❡ Que ſola a Guidone micrologi. 9. ca. perfecta conſonantia dicitur, ſecundum eundem ca. 5. Eſt interuallũ in quo Diateſſeron et Diapente iunguntur. Uel vt Franchinus lib. I. pract. ca. 7. ſcribit Eſt conſonantia octo ſonorum et ſeptem interuallorum. Uel eſt conſonantia, autore Plutarcho, dupla ratione perpenſa, Conficiant autem imaginis gratia, duplam rationem. 6. et: 12. Sed quib9 hee deſcriptiones obſcure videbuntur, hanc ſaltem capiant, Eſt vocis a voce per octauam digreſſio, Tonis quinqꝫ et duabus minoribus Semitonijs conſtituta. Species apud Boetium et Guidonem celeberrimos muſice ſcriptores, ſeptẽ habet, A quas

Franchin9. Boetius.


libet enim litera ad ſibi ſimilem, diapaſon eſt. Omnis inſuper modus, tot ſpecies habet vna minus, quot voces. Guido.

Directorium modorum ſequitur.







nia formeſ vti liſſimum eſt eam alte me mori e cō



mendare nec ab huiuſmodi ſtudi o requieſ cere



Donec vocū interuallis cognitis harmonie




totius fa cil lime que at cōprehēde re no ti ci am

De interuallis prohibitis.

¶ Sunt alia quedam interualla admodum rara: ac Tyronibus poni prohibita. Ut enim poetarum atq; oratorum docta licentia: quedam emeritis ſuis militibus concedit: Tyronibus prohibet: ita et muſicorum. Horum autem nomina ſunt hec. ¶ Tritonus.

Stapulenſis.

¶ Et eſt ſaltus de voce in vocem per quartam duram: tres integros tonos complectens abſq; ſemitonio: quare et Diateſſeron maior eſt: dicente Stapulenſe: Diateſſeron conſonantiam Tritonus tranſcendit: Et habetur hic modus in reſponſorio. Iſti ſunt dies: dominica iudica: et in reſponſorio: Uox tonitrui: in dictione euangeliſta: vt ſic.



Joan nes eſt e uange li ſta


Semidiapente

¶ Eſt interuallum per quintam imperfectā, duos tonos cū duobꝰ ſemitonis concludens. Quod licet in plano non reperiatur cantu, conditoribus tamen, qui idipſum vitare tenentur, noticia eius confert plurimum. Georgius Placen.


Semiditonuſdiapente

¶ Eſt per ſeptimā imperfectā interuallū. Hoc apud Placentinum lib.3. ca.24. tonus quattuor, ac ſemitonia duo comprehendit, Huius exemplū habet in Antiphona. Dū inducerent puerū iheſum, in dictione, Accepit. Valla.

Ditonuſdiapente



¶ Eſt per ſeptimā perfectā, vocis a voce diſtantia, Tonis quinq; et vno ſemitonio conſtans, ſecundū Georgiū Uallam lib.3. ca.26. offendit aūt in reſponſorio. Sancta legio, de ſancto Mauritio, in dictiõe Aganenſiū.



Semidiapaſon

¶ Eſt imperfecta octaua, Tonis quattuor ac tribꝰ ſemitonijs conſtituta, ab omni cantu plano reiecta, componiſtis tamē cognitu digna.

Semitoniumdiapaſon.

¶ Eſt ſaltus per nonam imperfectam, quinq; tonis ac tribus ſemitonijs conſtitutus Tonus autem cū diapaſon perfecta nona eſt, Tonis ſex, ſemitonijs vero duobus, cauſata.

Semiditonuſdiapaſon.

¶ Interuallum eſt per decimam imperfectam, teſte Ualla. ca. 31. ſex tonis ac tribus ſemitonijs creatum. Ditonus cum Diapaſon vero, perfecta decima eſt, ſeptem tonis ac duobus ſemitonijs conflata.

Diapaſondiapente

¶ Conſonantia eſt duodecim ſonorum, interuallorum vndecim, conſtās tonis octo, Semitonijs autem tribus, horum modorum exempla in muſica plana admodum ſunt rara, in menſurali vero frequentiora.

Biſdiapaſon


¶ Eſt per quindecimam interuallum, ſecundum Macrobium quadrupla proportione cauſatum. In quo antiquitas conſiſtendū, nec vltra progrediendum eſſe cenſuit, vt Ambroſius Nolanus apud Eraſmum alterū Germanie noſtre lumen in Adagio Biſdiapaſon declarat. Tum ꝙ humane vocis terminus naturalis (que vltra quindecim voces ſcandens gannitus, infra vero procedens ſcreat⁹ magis, ꝙ̄ vox eſſe videtur) exiſtat. Tum ꝙ Ariſtoteles muſicam mere mathematicam eſſe neget. Ita enim temperatam eſſe oportet muſicam, vt nec ſenſui ratio, nec ſenſus rationi reclamet.

Ambroſi⁹ Nicolaus. Eraſmus Ariſto.

Caput octauum de dimenſione Monochordi.

Monocordū, vnius chorde inſtrumentū, tali induſtria rite conficitur. Recipe lignū duarū vlnarū, vel placite longitudinis, duorū digitorū latitudinem, et totidem ſpiſſitudinē habens, atq; idipſum caua per medium, extremitatibus omnibus manentib⁹ illeſis, et cooperiat᷑ aſſere tenui leuigato ac feneſtrato, ad modum lutine, per cui⁹ mediū linea vna occulta trahat᷑, et in illius principio punctus vnus lr̄a F ſignet᷑. Erit enim prima inſtrumenti magada. Poſt totā lineam a puncto F. in nouem partes equas diuide, atq; in primo diuiſionis puncto Γ vt pone, in ſecūdo nihil, in tertio Cfaut, in quarto nihil, in quinto Gſolreut, in ſexto cſolfaut, in ſeptimo gſolreut minutam, in octauo nihil, vltimo autem Cifram, que tenebit locum ſecunde magade. Hoc facto, ſpatium quod a Γut, vſq; ad ſecundam magadam eſt, iterum in partes nouem diſtingue. In quarum prima, A graue pone, in tertia Dſolre. in quinta alamire, in ſexta dlaſolre, in ſeptia aalamire. Deinde ab Are in ſecūdam magadā, iterum fac partes nouem, et in prima pone ♮ mi graue, in tertia Elami in quinta ♮ mi in minutis, in ſexta elami acutam, in ſeptima ♮ mi, in geminatis. Quo facto, ſpacium hoc totū a prima magada in ſecundā per partes quattuor diſtingue, ⁊ in prima pone Bfa in grauibus. in ſecunda Ffaut finalē, in tertia ffaut acutam. Deinde incipe in Bfa graui et totam lineam conū verſus, in quattuor partes partire, ⁊ in prima po

ne b ſemitonium inter D et E capitales, in ſecuuda bfa in minutis, in tertia bbfa in excellentibus. Hoc facto, incipe in Semitonio, quod inter D et E eſt, et totam lineā in quattuor partes equas ſcinde, Et in prima ſignabis b ſemitonium inter G capitalem et minutam, in ſecunda b ſemitonium inter d et e acutas, in tertia bfa inter dd et ee, excellentes. Et ſi tertiā in duas equas vlterius diuiſeris, habebis ſemitonium inter g acutam et aa excellens. Poſtea fige pedem circini in cſolfaut, et ſpacium verſus ſecundam magadam in duas partes diſtingue, in cuius medio ccſolfa pono. Similiter a dlaſolre ſpacium verſus conum in duo equalia partire, et ī medio loca ddlaſol. Poſtremum ab e acuta verſus ſecundum magadā ſpaciū diuide et ī medio habebis eela cum vera monochordi dimenſione. His ſic factis, in extremis magadarum punctis, pone parua ipſius chorde ſuſtentacula, ne chorde ſonus lignorum contactu obtundatur. Quibus paratis, affigatur atque ſuperducatur vna chorda enea ſatis fortis, groſſa, atque bene extenſa, vt ſonum audibilem reddat, et habebis monochordum perfectum. Cuius forma hec erit.



Caput nonum de diffinitione, vtilitate, ac vſu Monochordi.

Monochordum (vt dominus Guido in principio ſui doctrinalis oſtendit) Eſt lignum longum quadratum, intus concauum, ſuperducta chorda, cuius ſonitu, vocum varietates apprehendimus. Uel eſt rudis magiſter, atque indoctus, doctos diſcipulos faciens. Alijs enim oſtendit, quod ipſe non ſapti, vera dicit, mentiri neſcit, diligenter inſtruit, ac de ſenſus tarditate neminem corripit. Dictum autem eſt monochordum, a chorda vna, ſicut Tetrachordū e quattuor. Et decachordum a decem, Inquit Joannes pontifex. xxij. ca. vij. muſice ſue.

Guido.
Tetrachordum
Decachordum.

De monochordi vtilitate.

¶ Ad hoc imprimis excogitatum Monochordum exiſtit, vt iudex ſit muſicalium vocum atq; interuallorum. Cum cantus verus ne ſit an falſus, prebeat experimētum. Deinde vt ceruicoſis, ac falſis muſicis, erroris ſemitā recludat, ac veritatis viam aperiat. Poſtremum, vt pueris ad muſicam aſpirantibus iter facile prebeat, Incipientes alliciat, progredientes dirigat, atq; ita ex indoctis doctos faciat.

De Monochordi vſu.

Berno. ¶ Monochordi vſus eſt inquit Berno Cluniacenſis abbas, lib. 2. muſice ſue, vt quantum vnaqueq; vox altera ſit grauior, ſubtilior ve cognoſcamus. Cum igitur cantum et quidem grauiſſimum, te magiſtro, duce monochordo, diſcere volueris, Pone monochordum ante te ad menſam, Et in qua claue, prima nota illius cantus, quem ſcire deſideras, poſita ſit, attende. Qua inuenta, eandem in monochordo cū plectro tange, et qui erit ſonus, is erit quem queris, hoc modo deinceps per ſingulas notas ipſius cantus diſcurre, et ſic te magiſtro cantum grauiſſimum quemq; facile et inuenies et addiſces.

Caput decimum de muſica ficta.

Est autem muſica ficta, quam greci Sinemenon vocant, cantus preter regularem ſchalarum exigentiam editus. Vel eſt cantus coniunctoſus.

De coniunctis.

Bernhard9 ¶ Coniunctas veteres adiunctas dixere, eo q̄ p̄ter naturā canticis, vel euphonie, vl' perficiēdorum modorū cauſa: addatur: dicente diuo Bernhardo: in qualibet maneria: vbi molliorē ſonū fieri expedit: pro dura voce mollis ponatur: furtim tamen: ne cantus ſimilitudinē alterius toni aſſumere videat'. Eſt aūt coniuncta: canere vocē in claue: que non eſt in ea. Vl' eſt toni in ſemitoniū, aut ſemitonij in tonū ſubita ⁊ improuiſa mutatio.

De coniunctarum diuiſione ac numero


¶ Sūt itaq; duplices cōiūcte: Tolerabiles ſcilicet: qn̄ canitur vox in claue que in ea nō eſt: reperit' tamen in eius octaua: vt cantando mi in Are: la in Dſolre. Intolerabiles: quando canitur vox in claue: que in ea non eſt: neq; in eius octaua: vt cantando fa in Elami: mi in Ffaut. Harum

tem coniunctarum duo ſunt ſigna:ſcilicet b rotundnm et ♮ quadratum. Primum in locis ♮duralibus.Secundum in bmollibus coniunctam fieri demonſtrat.

¶ Sunt autem octo coniuncte magis vſitate:licet et vbilibet plures fieri poſſint:Prima in A graui:b rotũdo deſignat. Secundo in E finali eodem quo et precedens ſigno denotatur.Tertia in Ffaut conſpicitur: que et ♮duro ibi notato dinoſcitur.Quarta in a minuta fit, quam bmolle cognoſcibilem reddit.Quinta in c affinali ♮duro notatur. Sexta in e acuta b orbiculari deprehenditur. Septima in f acuta ♮quadrato indicatur. Octaua in aa geminata locum ſibi vendicat:quã ei b rotũdum ibi ſignatum demonſtrat. Harum autem omnium exempla tum in plano:tum in meſurali copioſa inueniuntur,

Sequitur ſchala ficta


¶ Schala ficta priores ⁊ in acumine ⁊ grauitate excedit.Infra Γut graue enim (quoniam in A fa canit)ditonum addit.Ultra eela etiam(in ea enĩ fa profert) per duos gradus excreſcit.Quare ad eius formationem:duodecim linee neceſſario requiruntur, vt claret in figura ſubſcripta.




☞ Schala ficta ſeu Sinemenon,et que ſub ea fiunt Mutationes.

Regule muſices ficte.

¶ Prima, Melius ac ſuauius eſt canere per tolerabiles coniunctas, ꝙ̄ proprias clauium voces. ¶ Secunda, Tolerabiles coniuncte cantum non viciant, ſed intolerabiles. ¶ Tertia, Muſica ficta fingit in quacūqꝫ claue quancunqꝫ vocē conſonantie cauſa. ¶ Quarta ſignato fa in bfa♮mi vel quouis alio loco, ſi cantus ex ea ſaltum immediatū fecerit ad quartā, quintam, vel octauam, et ibi fa neceſſario venit ſignandum, propter vitare Tritonū, Semidiapente, ac Semidiapaſon modos inuſitatos, ac prohibitos. vt in infraſcripto claret exemplo.



Muſices Ficte exercitium.



Caput vndecimum de cantu ac tranſpoſitione.

VNde cantus, Eſt melodia ex ſono, mō, tono, per vocē viuam formata. Sono dico propter notarum ſcripturam, quam improprie cantum dicimus, per modum, aſcenſum et deſcenſum itelligo, propter preces nocturnas atqꝫ defunctorū, que in vniſono legitur, Tono, propter auium garritum, qui nullo comprehenditur tono. Quod enim in ſylogyſmo modus et figura, hoc in cantu tonus facit ac ſchala. Uocem viuam dico, propter muſica inſtrumenta. Gaffo. Uel aliter, Cantus eſt viue vocis ſecundū arſim ac theſim coaptato. Uel vt Gafforus in Theoricis lib, 5.ca.6.ſcribit, Eſt plurium vocum ab eodem principio deductio. Et hec deſcriptio proprie huic ſyllabarum progreſſioni (qm̄ cantus non eſt) conuenit.

De Deductionum numero

¶ Tres igitur ſunt huiuſmodi deductiones, Prima ♮duralis dicitur, du
riter modulanda, quia in bfa♮mi et octauis eius mi requirit.
¶ Secunda bmollis eſt, que blando ac ſuaui cōcentu diſcurrit, in bfa♮mi
nanqꝫ fa poſcit.
¶ Tertia naturalis quaſi neutralis dicitur. In bfa♮mi enim nec mi, nec fa
cupit, quia locum talem non attingit.

Deductionum Regule.

¶ Prima, vbicunqꝫ ponitur vt, in ſchala, ibi eſt alicu-
ius deductionis principium, vbi fa, ibi mediū, et vbi
la, ibi finis, vt in ſubſcripta claret figura.

In { G F a } natura { F b d } b:mol. { g c e } ꝙ ♮ dura. { Principiū Medium Finis.


¶ Secunda regula. Cuius deductionis hec vel illa nota exiſtat, ſic facile
dinoſces. Conſidera vocem ibi cantandam, cum qua deſcende vſqꝫ ad ſu-
um fundamentū, puta vt, et vbi tale repertum fuerit, videatur, que dedu
ctio ibi habeat initium. Nam de tali erit nota de qua queris.

De Tranſpoſitione.

¶ Unde Tranſpoſitio Eſt cant⁹ vel clauis a propria
ſede remotio. Eſt enim tranſponere cantum vel cla-
uem a loco proprio remouere, et eſt duplex tranſpo-
ſitio, ſcilicet cantus et clauis,

De tranſpoſitione Cantus.

¶ Eſt coniunctarum euitatio, dum enim coniunctas (quoniam
vicioſum reddunt cantum) vitare intendimus, cantum ex loco
proprio ſui finis ſurſum ad quintam eleuamus, vt in reſponſo-
rio Ite in orbem, lucide claret.



De clauibus affinalibus tonorum.

Gui- do. Berno Gre- go.

¶ Claues, quas affinales dicimus, ſunt litere cantuum irregularium terminatiue. Quarum ſecũdum Guidonem, Bernonem, ac diuum Gregorium, tres ſunt. Licet Ambroſiani plures ponant.

ſcilicet	Alamire	In qua fi-	Primi	et	Secundi	tonorum
	bfa♮mi	unt omnis	Tertij		Quarti	tranſpo-
	cſolfaut	cantus.	Quinti		Sexti	ſitorum.

¶ Fit autem iſta cantuum illegalitas, vt ſcribit Pontifex.14.ca.muſice ſue, interdum venialiter, cantorum ignauia interdum, ex irrefutabili antiquitate nonnunquam, plerumq; etiam contrapunctandi cauſa, vt Baritonus ſub chorali Tenore locum deſcendendi habeat.

De tranſpoſitione regule.


Am- broſiani Ioan. papa.

¶ Prima. Cantus ſeptimi et octaui tonorum non tranſponitur. Non ſurſum ad dlaſolre, vt Ambroſiani arbitrantur, quia tonus autentus non habet locum ſurgendi ad decimam. Nec infra ad Cfaut, quoniã plagalis nõ habet locum cadendi ad quintã, neq; enim vltra eela ſcandendũ, neq; infra Γut deſcendendum eſt, vt ſupra claruit, Quare inquit Joannes pontifex, Oportet eum qui vicarium habere non poteſt, ipſe ſuum per ſe officiũ adminiſtret.

Ioan. papa. Gre- goriani.

¶ Secunda regula. Cantus in dlaſolre aut in Cfaut terminatus, aut Ambroſianus eſt, aut cantorũ inſcitia corruptus, dicente Pontifice, Quoties in cantu Tetrardi vlla euenit aberratio, dicamꝰ eam ex cantorum ꝓcedere inſcitia, et corrigendam eſſe muſicorum peritia. Gregorianorum enim, talem non admittit cantum, auctoritas.

¶ Tertia, Unius vocis extranee in aliqua claue locatio, cauſa eſt cur totius cantus fiat tranſpoſitio. ¶ Quarta, Tranſpoſitio eſt cõiunctarum remedium atq; excuſatio. ¶ Quinta: Omnis traſpoſitio ex finali, ad quintã propriam affinalem fiat: niſi neceſſitate ad quartam fieri cogatur. Tunc autem ad quartam tranſponere compellimur: quando poſt quintariam tranſpoſitionem plures coniuncte: q̃ ante fuerant oriuntur: vt in reſponſorio Que eſt iſta: ſub tertio tono licet videre hoc modo.




Que eſt iſta regulariter — Tranſpoſitio quintaria non valens — Trãſpoſitio q̃rtaria bene valens

¶ Sexta Eedem voces poſt tranſpoſitionem cantande ſunt, que canebā tur ante.
¶ Septima. In canticis irregularibus ad quintam tranſpoſitis cantandum eſt mi in bfa♮mi in omni tono, niſi fa ſpecialiter ſignetur.
¶ Octaua, In canticis ad quartā tranſpoſitis, in bfa♮mi ſemper fa, profertur, niſi mi ſpecialiter notetur.
¶ Nona. Tranſpoſitio ad quartam cognoſcitur quando cantus per vocē ſue ſchale non conuenientem terminatur. Uel quando in principio cant⁹ tranſpoſiti fa ſignatum reperitur. Cui tranſpoſitioni diuus Bernhardus omnino reclamare videtur, cum inquit, dignum quidem eſt vt qui regulariter viuere propoſuerunt, etiam recte canendi ſcientiam habeant, repudiatis eorum licentijs, qui ſimilitudinem magis ꝙ naturam in cantib⁹ attendentes, coherentia diſiungunt, cōiungunt oppoſita, cantum, vt libet, non vt licet, incipiunt et terminant, deponunt, eleuant, componunt et ordinant. Per incōſultam enī huiuſmodi tranſpoſitionem tanta in cantib⁹ orta eſt confuſio, vt plures alterius maneriei eſſe credātur. Bernhar.
¶ Decima regula. Cantus in Gſolreut terminatus, ſignato a in bfa♮mi, eſt primi vel ſecundi toni ad quartam tranſpoſiti. Et qui in alamire, tertij vel quarti, vt Que eſt iſta, et ſic de alijs.

De Tranſpoſitione clauium

¶ Clauium tranſpoſitio eſt Clauis ſignate ob defectum linearum, vel eleuatio, vel depreſſio, de qua tales dantur regule.
¶ Prima, Clauium tranſpoſitio cantum non irrigulariſat quia irregularem finem non variat.
¶ Secunda. Quanto clauis tranſpoſita deſcendit a proxima precedente, tanto nota ſequens clauem illam tranſpoſitam aſcendit, et ediuerſo, vt in infraſcriptis claret exemplis.



Caput: xij. de tonis in ſpecie.

Quom innatus ſit nobis a generalioribus ad ſpecialia magis proceſſus, vt ſūmus ille philoſophorum omnium princeps, Ariſt.


ac naturalis intelligentie lumen Ariſtoteles, primo de phiſico auditu declarat. Congruo igitur ordine poſt generalem tonorum explanationem, ad ſpeciuocam tranſeamus, vniuſcuiuſq; naturam latius ac clarius enodando. Et primum quidem primi.

De Tono primo.

Bernhardꝰ

Franchinꝰ

¶ Primus tonus, vt diuus Bernhardus ſcribit, eſt regula autentum prime manerie determinans. Uel eſt Prothi autentica progreſſio. Eſt autem progreſſio autentica, aſcenſus vltra finem ad octauam, et decimam. Et format̃ primi progreſſio ex ea diapenthes ſpecie, que eſt ex D in a, et ea diateſſeron ſpecie, que ab a in d acutam eſt, inquit Franchinus. li. I. practice. ca. 8. Finalem ſedem habet in Dſolre regularem, vel in alamire irregularem. Principia eius apud Guidonem ſunt. C. D. E. F. G. et a, cuius forma capitalis eſt hec.



Capitale Primi toni. Sacerdos in eternū Gaudeamus

De Tonorum differentijs.

Ioan. papa.

Pſalmiſta.

¶ Differentie de tonorum eſſentia non ſunt, ſed pro indoctis tantum, vt in diuerſis tonorum initijs facilius ordiantur, reperte. Inquit enim pontifex. 23. c. muſice ſue. Ego nullam huius rei cauſam, niſi vſum, inuenio, nec ab vllo muſicorum ſcriptam reperi. Neq; diuus Bernhardus multū approbare videtur, Multarum enim confuſionum errorumq; occaſionē dant differentie. Cum igitur obſequium noſtrum, quod deo preſtamus, rationale eſſe debeat, relictis differentijs (quas nulla probat ratio) ſolū de capitalibus tonorum Tenoribus ſoliciti ſint ſtudioſi lectores, ne inutilibꝰ, ſuperuacaneiſq; preceptis ſe inuoluant, noctis caliginem induant, ac rem facilem, obſcuriſſimam reddant ac difficillimam, neq; enim irrationabilibus flaſcis, ſed bene moratis ac regulatis cāticis gaudet deus, qui omnia ordine regulatiſſimo conſtituit. Quare et Pſalmiſta dicit. Laudate dominum in cymbalis beneſonantibus, Non enim beneſonantibus dixiſſet, ſi deum quouis boatu, ſcreatu, ac ſtrepitu laudari voluiſſet.

De diuiſionibus Pſalmorum.

¶ Pſalmꝰ, quibus in diuinis vtimur laudibus, duplices inuenio. Maiores cilicet et minores. Minores omnes pſalmi dicuntur, preter duo can-

tica, ſcilicet diue virginis, et Zacharie. Canticũ etiam Symeonis, in quibuſdam dyoceſibus pro maiore, in quibuſdam pro minore pſalmo reputatur, Ut ipſe orbem terrarum luſtrando expertus ſum.

De vero pſallendi modo.

Quid ſit pſallere.

Ioan. papa.

Michael galliculus.


¶ Quom pſalmi concentu, magnũ, magno in myſterio, prophetam vſum eſſe, tum Celij Rodigini, tũ Theologorum omniũ teſtetur auctoritas, placuit non nihil de vero pſallendi modo, ſcriptis noſtris inſerere. Unde pſallere, eſt cũ quodã iubilo laudes deo opti, max. decantare, Qua in re tanta eſt, Prohdolor, diuerſitas, vt ſinguli ſingulos pſallendi modos habere videãt. Nec ſtatuta nec precepta patrum ſeruantes, ſed quiſqꝫ vt vult, et pſallit et canit. Unde tanta in eccleſia orta eſt diſſenſio, tanta diſcordia, tãta confuſio, vt vix duo eundem pſallendi ritum teneant. Hoc grauiter reprehendit pontifex ca. zz. muſice ſue, et quidem digne, cum inquit. Cum vnus dominus, vna fide, vno baptiſmate, et omnino morum vnitate oblectetur, quis non credat illum ipſum cantorum multiplici diſcordia grauiſſime offendi: Quare non nullas, de vero pſallendi modo regulas tradidiſſem, Niſi eas iam a domino Michaele Galliculo de muris viro ſane doctiſſimo, apud veterẽ Cellam Ciſtercij ordinis celeberrimũ Cenobium, et copioſe et erudite conſcriptas offendiſſem. Omnes igitur eius rei cupidos ad hunc remitto, ſolum me ijs, que intonationes pſalmorum concernunt, intromittendo.

De intonationibus pſalmorũ regule.

¶ Prima. Omnes pſalmi maiores cum aſcenſu, minores vero abſqꝫ aſcẽſu ſunt intonandi.


¶ Secunda. Dictiones indeclinabiles, hebraice, ac barbare, in medio accentu acuto ſunt proferende.

¶ Tertio. Intonatio pſalmorum minorũ primi toni ex alamire, maiorum vero ex Ffaut eſt hoc modo.




¶ Melodia verſuũ i rñſorijs, a muſicis recentioribus iam ad placitũ for

natur. Introituū autem vſq3 hodie inuiolabiliter ſeruatur, ſecundū Priſcorum decreta hoc modo.




Melodia verſuum in reſponſorijs primi toni



Melodia verſuum in introitibus primi toni


De Tono ſecundo.

¶ Secundus tonus, vt diuus Bernhardus inquit, Eſt regula plagalem prime manerie determinans. Uel eſt plagalis Prothi progreſſio, Eſt autem plagalis progreſſio, deſcenſus vltra finem ad quintam, vel ſaltem quartam. Initia eius ſcdm Guidonem ſunt A.C.D.F. et G. octaui autenti fines rite occupat, quia miles ſui ducis caſtra iure gentium licite inhabitat. Formula autem ſecundi toni hec eſt.




Capitale ſecūdi toni Miſerator dominus hec mūdū ſpernēs


¶ Intonatio pſalmorum minorum ex Ffaut, maiorum vero ex Cfaut habetur hoc modo.




Laudate pueri dominū Laudate nomē domi ni



Memēto dñe Dauid Magnificat anima mea dominū




Melodia verſuum in reſponſorijs ſecundi toni



Melodia verſuum in introitibus ſecundi toni


De Tertio tono.

¶ Tertius tonus eſt Regula autentum ſecunde manerie determinans. Uel eſt autentica Deuteri progreſſio, ſedem habens finalem in Elami regularem. Uel in ♮mi irregularē, Initia eius ſecundum Guidonem ſunt E. F. G. et c. Cuius formula capitalis eſt hec.





Capitale tertij O glorioſum Fauus diſtillans

¶ Intonatio pſalmorum minorum ex cſolfaut, maiorum vero ex Gſolreut eſt, huiuſmodi.




Laudate pueri dñm rc.






Melodia verſuum reſponſoriorũ tertij toni.




Melodia verſuũ introitualiũ tertij toni


De Tono quarto.

¶ Quartus tonus, teſte Bernhardo, Eſt regula plagalem ſecunde manerie determinans, vel eſt plagalis deuteri progreſſio, eoſdem quos ſuus autentus finẽ occupans. Initia illi accidũt, ſex, ſcilicet C. D. E. F. G. et a. Cuius tenor principalis eſt hic, vt ſequitur.




¶ Intonatio pſalmorũ minorũ ex alamire, maiorum vero ex Elami eſt hoc modo.






Memēto domine David Magnificat anima mea domi num




Melodia verſuum reſponſoriorū quarti toni



Melodia verſuum in officijs diuinis, Quarti toni


De Tono quinto.

¶ Quintus tonus eſt regula, autentum tertie maneries determinans, vel eſt autentica Triti progreſſio. Cuius finis regularis in Ffaut eſt, irregularis autem in cſolfaut, Principia eius (teſte Franchino) quattuor ſunt, ſcilicet F.G.c.et a. Cuius formula capitalis eſt hec.




Capitale quinti Gaude dei genitrix Gau di a


Intonatio pſalmorum minorum ex cſolfaut, maiorum vero ex Ffaut, et habetur, et intonatur hoc modo.




Laudate pueri dominū rc.



Memẽto domine Dauid Magnificat anima mea dñm




harmonia verſuum reſponſoriorum quinti toni.



Progreſſio verſuũ introitualiũ quinti toni


De Tono ſexto.

¶ Sextus tonus eſt regula, plagalem tertie manerie determinans. Uel eſt plagalis Triti progreſſio, cũ ſuo autẽto in finalibꝰ iuſte participans. Cui initia quattuor accidunt ſcilicet C.D.F. et a, Inquit Franchinus.13. ca. practice ſue. Et Guido in dialogo doctrinali. Cuius formula capitalis eſt hec.




Capitale ſexti Ueni electa mea diligebat eam


¶ Intonatio pſalmorum minorum ex alamire, maiorum ex Ffaut procedit hoc modo.




Laudate pueri domi num Laudate nomẽ domi ni



Memento domine Dauid Magnificat ani ma mea dn̄m




Melodia verſuum in reſponſorijs Sexti toni



Melodia verſuum in introitibus Sexti toni


De Tono ſeptimo.

¶ Septimus tonus eſt regula, autentum quarte ma-nerie determinans, Uel eſt autentica Tetrardi pro-greſſio. Finem habet in Gſolreut regulariter tãtum. Cui initia quinq; acciduͤt ſcilicet G.a.♮.c.⁊ d. Cuius formula capitalis eſt hec.




Capitale ſeptimi Exortum eſt Clamauerunt

¶ Intonatio pſalmorum minorum ex dlaſolre, maiorum autem e[illegible] ♮mi formatur hoc modo.




Laudate pueri dominum Lauda te nomẽ domi ni


E



Meméto domine Dauid Magnificat anima mea dominū




Melodia verſuum reſponſoriorum Septimi toni



Melodia verſuum introitualium Septimi toni


De Tono octauo.

¶ Octauus tonus ē regula, plagalē quarte manerie determinans. Uel eſt plagalis Tetrardi progreſſio, eundem cum ſuo autento, finem poſſidens. Cuius initia ſunt D. F. G. a et c. Formulā autem principalis hec que ſequitur.




Capitale octaui Dum ortus Iuſti con fi te bun tur


¶ Intonatio pſalmorum minorum ex cſolfaut habetur, maiorum autem ex Gſolreut procedit modo quo ſequitur.




Laudate pueri dominū Laudate nomē domi ni



Memēto domine Dauid Magnificat ani ma mea dominū




Melodia verſuum in reſponſoꝛijs Octaui toni.



Melodia in introitibus octaui toni.

De Tono peregrino.

¶ Eſt alius tonus: quem nonnulli Peregrinum nominant: Non ꝙ peregrinoꝛum: ſed ꝙ in noſtra concinentia rarus ad modum ac peregrinus ſit: ſic dictus. Nam nō niſi ad vnam antiphonā. Nos qui viuimus ſcilicet: et ad pſalmos duos: puta. In exitu: et Benedicite: tenoꝛ eius: decantat̄. In finali quoqꝫ ſeptimi vltima eius terminatur: vt Franchinus oſtendit. Cuius tenoꝛ eſt qui ſequitur.



Peregrinꝰ tonꝰ In exitu Iſrael de egypto domꝰ Jacob de pplo barbaro

Q̄ diuerſi diuerſis delectentur modis. Caput Tredecimum.

QUom non omnium oꝛa eodem cibo capiantur: vt ſcribit pontifex. 16. capi. muſice ſue: ſed ille quidem acrioꝛibus: iſte vero lenioꝛibꝰ eſcis iuuetur. Ideo nō omniū aures eiuſdem modi ſono oblectāt. Alios nāqꝫ moꝛoſa ac curialis primi va- Ioan. papa.

gatio delectat. Alios rauca ſecundi grauitas capit. Alios ſeuera, ac quaſi indignans tertij inſultatio iuuat. Alios adulatorius quarti ſonus attrahit. Alij modeſta quinti petulantia mouentur. Alij lachrymoſa ſexti voce mulcentur. Alij inimicos ſeptimi ſaltus libenter audiunt. Alij decentem et quaſi matronalem octaui canorem diligunt. Nec mirum, inquit Guido. 13. micrologi capi. ſi varietate ſonorum delectatur auditus, cum varietate colorum gratuletur viſus, odorum varietate foueatur olfactus, ac mutatis ſaporibus lingua congaudeat. Quapropter bene cautus ſit muſicus, vt cantum in eo tono diſponat, in quo plurimum delectari auditores cognoſcit. Ut ſi iuuenum rogatu cantum componere voluerit, iuuenilis ſit ille, et laſciuus. Si vero ſenum, moroſus ſit, et ſeueritatem exprimens. Quemadmodum enim Comediarum ſcriptor, ſi partes iuuenis, ſeni, et luxurioſi, auaro mandauerit, deriſui habetur. Ita et modulator, ſi in triſti re ſalientem modum adduxerit, et in leta lachrymabilem. Qua autem id fiat induſtria modorum proprietas declarat. Quoniam (vt ſcribit Caſſiodorus in epiſtola ad Boetium, et reſumit Celius antiquarum lectionum. lib. 5. ca. 22.) Dorius prudentie largitor eſt, ac caſtitatis effector. Phrygius pugnas excitat, et votum furoris inflammat. Eolius animi tempeſtates traquillat, ſomniumq; iam placatis tribuit. Lydius intellectum obtuſis acuit, ⁊ terreno deſiderio grauatis, celeſtium appetentiã inducit, bonorum operator eximius. Lydium tamen, Plato lib. de rep. tertio, plurimum reprobat, tum ꝙ flebilis, tũ ꝙ femineus ſit. Dorum aut probat, tum ꝙ virilis, tum ꝙ viros fortes et delectet, et rei bellice repertor exiſtat, Noſtri autem cultioris ſeculi homines, modo Dorio, modo Phrygio, modo Lydio, modo alijs vtuntur modis. Quoniam in alio et alio negotio, aliũ ſibi modum conuenire perpendunt. Nec mirum, omnis etenim animi habitus cantib9 gubernatur, ſcribit Macrobius, nam dat cantus ſomnos, adimitq;, nec non curas et emittit et retrahit, iram ſuggerit, clementiam ſuadet, morbis medetur, et effectus ſupra fidem varios producit, inquit Franciſcus Petrarcha, hos ad leticiam inanem, hos ad deuotum et ſanctum gaudium, piaſq; nonnunquã lachrymas, mouet. De quibus omnibus malo tacere, q̃ aliquid inconſulte determinare, ne puerorum ingenia inutilibus potius q̃ neceſſarijs preceptis videar grauare. Quoniam qui in exponendo plura q̃ neceſſe eſt ſuperfundit, addit tenebras, non tollit denſitatem, inquit Macrobius lib. 2. ſuper Somnio Scipiõis. Dent igitur ijs paucis operam ſtudioſi, atq; ediſcant precepta hec, quoniam ad ſequentem neceſſario requiruntur intelligendum.

Guido. Caſſiodor9 Macrobi9 Franciſcus. Petrarcha.

Libri Primi finis.

Sequitur Secundus.

Venerabili ac multe beneuolentie viro, domino Georgio Brachio Muſico peritiſſimo, ac Ducalis cantorie Wurtenbergenſis doctori primario, Andreas Omitoparchus Meynigenſis Salutem.

CUm Platonis illã, qua non nobiſmetipſis, ſed et patrie, et amicis, nos natos dicit, accuratius ruminaſſem ſententiam: Georgi colendiſſime, quaſi viribus deſtitutus, ac horrore tremefactus elangui. Et vt primus ille Romani imperij monarcha, cũ Alexandri ſtatuam ad Gades primum conſpexiſſet, ꝙ nil memoria dignum geſſiſſet, ingemuit: et ipſe (quoniam quibus homo letatur, veluti, forma, voluptates, etas, valetudo, delitie, pretereunt, ſed famã extendere factis, hoc virtutis opus) ꝙ nil tale feceri, ingemui. Quare poſt multa ſuſpiria, reſumpto tandem ſpiritu (licet multis curarum fluctibus, aduerſitatum turbinibus, ac variarum perturbationum procellis, agitarer) quid nam poſteritati, quod me vixiſſe teſtetur, relinquerem, cogitaui. Et cum huc atq illuc animus deflecteretur, tandem concinentie diſciplinam, tum ꝙ mortalitati coniuncta, tum ꝙ laudis dei miniſtra ſit, e multis delegi. Inter omnes enim ſcholaſticas diſciplinas, quas vulgo liberales nominant, nulla moralior, nulla iucundior, nulla diuinior, vt ipſe optime noſti, ipſa muſica reperitur. Cuius licet multi ſint profeſſores, pauciſſimi tamen (odio ne an ignauia id fiat neſcio) formales eius artis reperiũt ſcriptores. Quo fit, vt preter eos, qui ĩ ſacellis pĩcipiũ, aut ſũt: aut olĩ fuerunt, nulli, aut admodum pauci veri muſici inueniantur. Unde et ars ipſa, quaſi ſub modio lumen, occulta vileſcit, laus ſummi omnium conditoris decreſcit, et emulorum turba, quaſi iam victrix nullo prohibẽte, per omnẽ fere Germaniam, in artis huius excidiũ ouans plus et plus indies inualeſcit. His igitur cauſis concitatus, vir preſtantiſſime, ac humanitate tua (quã mihi ex florentiſſimo Tubingenſi gymnaſio venienti, et ad edes tuas, quas dono principis tui poſſides ameniſſimas, diuertenti, oſtendiſti maximam) confiſus, cum antea planam muſicam ſcripſiſſem, tuis auſpicijs ad menſuralem etiam ſtilum verti. Et quicquid floris longa aliorum in ſe habuere volumina, velut apis, breuiſſimis preceptis, et eiſdem facilimis, in hunc ſecundum practice noſtre librum, comportauimus. Quem nomini tuo dicatum, etiam cenſure tue ſubijcimus, vt et a mendis expurges, et ab emulorum (quis bonorum fama iugiter laceratur) latratu redimas, protegas, defendas. Cum etenim eorum, que quis nouit, bonus iudex exiſtat, merito cenſoriam illi in me committo poteſtatem, quem iampridem pium, equum, doctum, apud me, que non fallitur, docuit experientia, doctorum parens fatetur Sueuia, ac tota ſuperior veneratur Germania. Uale igitur felix, vir eruditiſſime, et Andream tuum ab emulorum morſu defende.

Plato.

Iulius Alexã dri ſta tua

Tubĩ bingẽ ſe gym naſiũ.

Sueuia doctorũ parẽs.

Muſice Ornitoparchiane Liber ſecundus. Menſuralis cātilene rudimenta declarans.

Henrici Cotheri Brunopolitani Artium magiſtri.

Argumentum Libri ſecundi.

Alter habet varie diſcrimina dulcia vocis
Quis curas lenit mens: abigitq; ſuas.

Caput Primum de artis huius Vtilitate ac laudibus.

Boe. Macrob. Iſidorus. Arion Amphion Orpheus Tymo. Alexāder. magnus. Dauid

BOetius ille romanus, Cuius ingenium in muſica nemo ſuperauit, imo nec attigit vnq̃, in primo ſue muſice, tantā (inq̄t) muſicis concentibus ineſſe efficatiam, vt etiā homo, ſi vellet, eis carere non poſſit. Muſica enī curas abigit inſomnes, infantes cōpeſcit vagientes, laborātum mitigat labores, feſſos reparat artus, ac perturbatos reformat animos. Omnis etiam in hac vita anima ita muſicis ſonis capitur, vt nō ſolum, qui ſunt habitu cultiores, inquit Macrobius, verum vniuerſe quoq; barbare nationes, cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur, vel ad mollitiem voluptatis reſoluantur, exerceant, Et ita delinimentis canticis occupantur, vt et ad bellum progreſſui, et item receptui canatur, cantu et excitante, et rurſus ſedante virtutem. Ea autem precipue id efficit muſica, quā menſuralē nominăt. Hec enim non modo homines, inquit Iſidorus, ſed et beſtias, ſerpentes, volucres, atq; delphines ad auditum ſue modulationis prouocat. Qua vna vel maxime Arion in medijs vndis vitam preſeruauit. Amphyon Dirceus lapides ac ſaxa in Thebarū muros cōgregauit. Orpheus Thrax Euridicen coniugem ab inferis reuocauit. Tymotheus vir Phrygius Alexandrum magnum: totius orbis domitorem: ab epulis ad arma capeſcēda inflammauit: et mox mutato modulationis inſtrumento: eundem ab armis rurſus ad conuiuiū reuocauit: Regius quoq; pſaltes Dauid, Saulem Iſraelis regem, cum a ſpiritu vexaretur immundo: liberauit: Hec etiam eſt: qua non ſolum ſummus ille rerum opifex deus: verū et Stygij Iouis furiales anime placantur: mitigantur: refocillantur: Ipſa enim eſt ceterarum diſciplinarum domina: que ⁊ Stigia arua: Neptunia regna: Iouis quoq; etherei loca: eterna luce choruſca: ꝑmulcere poteſt. Que ⁊ ſola: relictis terris: volat ante tribunal ſummi iudicis: vbi ſonăt iugiter organa ſanctorum: vbi angeli et archangeli hymnum deo infatigabiliter decantant: vbi Cherubin et Seraphin: ſanctus: inceſſabili voce proclamant. Adde q̄ nulla diſciplina ſine muſica poſſit eſſe perfecta. Quare et Pythago-

ras diſcipulis: vt in melodijs et obdormirent et a ſomno reſurgerent, precepit. Mores preterea hominum, muſica et regit et componit. Nã et Nero quo ad muſicã coluit, Seneca teſte, mitiſſimus extitit. Sed vbi relicta muſica, ad necromãtie diabolicas artes animum vertit, tum primum ſeuire cepit, ex agno lupus factus, atq; ex manſuetiſſimo principe, in ſeuiſſimam beſtiam eſt tranformatus. Sed ne longior ſolito digreſſio fiat, Neue ex ignotis procedatur, breuiſſimis verbis, quid muſica ſit, aperiam. Eſt igitur muſica menſuralis, peritia modulationis, in figuris, forma diſcretis, modo, tempore, ac prolatione quantificatis, conſiſtens. Uel eſt ars cuius harmonia, et figurarum, et vocum varietate, perficitur.

Pytha
Nero.
Seneca.

Caput ſecundum de figuris.

VNde figura eſt, quoddam ſignum, vocis, ſilentijq; repreſentatiuum. Uocis dico, propter ſpecies notarum, que proferuntur. Silentij vero propter pauſas notis equiualentes. que artificioſo ſilentio menſurantur.

De figurarum numero.


¶ Quinq; tantum figuras Priſci obſeruauere, tanquã principales, ac tribus muſice gradibus quantificabiles: Ex quibꝰ alias quaſdam deduxit poſteritas agilitatis, cã, iuxta illud Ouidij. Ex alijs alias reparat natura figuras. Quarum corpora figurarum, formantur modo quo ſequitur. Ouidius.

¶ Maxima eſt figura cuius longitudo latitudinẽ triplicat, filium habens in dextra parte ſurſum vel deorſum. ¶ Longa eſt nota cuius longitudo duplicat latitudinem, filum habens inſtar maxime. ¶ Breuis eſt figura quadrato corpore formata, filo carens. ¶ Semibreuis eſt nota rotunda ad modum oui, Uel, vt Franchino placet: Trianguli. ¶ Minima Eſt figura vt Semibreuis, cum virgula aſcendente vel deſcente.

¶ Semiminima, Eſt nota vt minima, colore variata. ¶ Fuſa, eſt nota inſtar ſemiminime, habens vncum in dextra parte. ¶ Semifuſa, eſt figura inſtar fuſe formata, ſed ſecundo vnco ab ea diſcreta, vt ſic.

Octo figurarũ corpora.

Maxima
Longa
Breuis
Semibreuis



Minima
Semiminima
Fuſa
Semifuſa



¶ Eſt alia que ī figura vt minima formata, ſed numero ternario copulata, que ſeſquialterata dicitur, quoniam tres pro duabus decantantur. Figura inſuper duabus caudis deſcripta, nullam reputatur habere, quia altera alteram impedit.

Caput tertium de Ligaturis.

Gafforus. VNde ligatura, vt Gafforus lib.2.ca.5. ſcribit. Eſt ſimpliciū figurarum, per tractus debitos coniunctio. Vel eſt condependentia principalium figurarum ſecundum tractus ſurſum vel deorſum in rectitudine vel obliquitate.

De Ligaturis regule generales.

¶ Prima Quattuor ſunt note ligabiles ſcilicet maxima, longa, breuis, et ſemibreuis. ¶ Secunda, Omnis nota ligabilis, preter maximam, duplici corpore, quadrato ſcilicet et obliquo figurari poteſt. ¶ Tertia. Omnis nota ligabilis, ſecundum aſcenſum et deſcenſum vel ſuīpſius, vel ,prime ſequentis, venit iudicanda. ¶ Quarta, Omnis nota ligabilis aut erit initialis, aut media, ant finalis. ¶ Quinta, ſimplicium notarum accidentia puta alteratio, imperfecto, et huiuſmodi (Franchino teſte) ipſis quoq; ligatis ſolent accidere. Franchinꝰ.

De Initialibus regule.

¶ Prima. Omnis initialis, ſiue quadrata, ſiue obliqua, carens cauda, ſecūda deſcendēte, eſt longa. ¶ Secunda, omnis initialis ſine cauda, ſecūda aſcendente, breuis eſt ¶ Tertia omnis initialis habens caudam deorſum in ſiniſtra eius parte, breuis eſt. ¶ Quarta, Omnis initialis qualitercunq; formata, habens caudam in ſiniſtra parte ſurſum, Semibreuis eſt vna cum proxima ſequente, non curando, an aſcendat ſiue deſcendat.

De Medijs regule.

¶ Prima, Omnis nota inter primam et vltimā dicitur media. ¶ Secunda. Omnis nota media, qualitercunq; formata aut poſita, breuis eſt.


¶ Tertia, Longa principiū et finem ligature intrare poteſt, mediū nūq̄.

¶ Quarta, Breuis principio, medio, et fine ligatur q̄ aptiſſime.


¶ Quinta, Semibreuis principio, medio, et in fine ligari poteſt, mediante cauda in ſiniſtra parte ſurſum tracta.

De Vltimis regule.


¶ Prima. Omnis vltima quadrata deſcendens eſt longa.
¶ Secunda: Omnis vltima quadrata aſcendens breuis eſt.
¶ Tertia. Omnis obliqua finalis ſiue aſcendat ſiue deſcendat eſt breuis.
¶ Quarta, Maxima vbicunq; poſita fuerit ſemper manet maxima. Harū autem regularum exempla, ſequens tenor declarat.




TENOR exercitū ligaturarum



Baritonus exercitū ligaturarum.





De modo: tēpore: ac prolatione.

Caput Quartum.

Muſice gradus: quis principalium figurarum cognoſcimus valorem: tres ſunt: ſcilicet modus: tempus: ac prolatio. Nec quiuis eorum agit in quaſq; : ſed ī ſuas tantum: Ut modus in maximas: ac longas: Tempus in breues: ac prolatio in ſemibreues.

De Modo.

Franſ chin⁹. ❡ Modus, teſte Francbino lib. 2. ca. 7. pract. Eſt menſura longarum in maximis, aut breuium in longis. Uel eſt principium quantitatis maximarum et longarum formale, ipſas aut ternario aut binario numero menſurans. Omnis nanq; figura, duplici menſuratur valore.

ſcilicet { Ternario / Binario } Et ſic dr { Perfecta / Impfecta } quia { Perfectū ſuper tria ponim⁹ Imperfectū ad duo limitamus.

De Modi diuiſione.


❡ Modus vt hic ſumitur duplex eſt, Maior ſcilicet, qui ineſt maximis et longis, Ac minor qui in longis ac breuibus eſt. Et horum quiuis penes perfectum atq; imperfectum ſcinditur.

De Modo maiore.

❡ Modus maior perfectus, Eſt maxima tris hab ēs in ſe longas. Uel eſt trium longarum in vna maxima dimenſio. Cuius ſignum eſt Circulus perfectus ternario numero ſociatus. O3. Sed maior imperfectus eſt maxima duas in ſe longas concludens, Qui et circulo imperfecto, ternario numero iuncto, dinoſcitur ſic. C3.

De Modo minore.

❡ Modus minor perfectus, eſt longa tris habens in ſe breues. Uel eſt trium breuium in vna longa dimenſio. Cuius ſignum Circul⁹ eſt perfect⁹, binario numero ſociatus, ſic. O2. Sed minor imperfect⁹, eſt longa duabus tantum breuibus menſuranda. Cuius ſignum eſt numeri binarij abſentia. Uel Semicirculus binario nūero iūctus, ſic. C2. O. C. vt in ſubiecto quadrato.




De Tempore.

❡ Eſt aūt tps Breuis duas vl'tris i ſe ſemibreues ꝯcludēs. Ul'duarū aut triū ſemibreuiū in vna breui dimenſio. Et eſt duplex, ſcilicet Perfectū, Et eſt breuis tribus ſemibreuibus menſuranda. Cuius ſignū eſt nūerus ternarius circulo vel ſemicircuculo coniunctus, aut circulus ꝑfectus abſq; nūe

ro poſitus, ſic O3. C3. O. Imperfectū eſt quo breuis duabus ſemibreuibus tantum menſuratur. Quod et binario numero, perfecto circulo coniuncto, aut ſemicirculo ſine numero poſito dinoſcitur ſic, O2. C. C2.


De Prolatione.

¶ Unū ꝓlatio eſt eſſentialis Semibreuiū quantitas. Uel eſt duarū aut triū minimarum cōtra vnā ſemibreuē poſitio. Et eſt duplex, ſcilicet Maior, Et eſt Semibreuis tribus minimis menſurata. Uel eſt triū minimarū in vna ſemibreui concluſio. Cuius ſignum eſt punctus ſigno temporali inſcriptus ſic, ⊙. C. Minor prolatio eſt Semibreuis duabus tantum minimis dimenſa. Cuius ſignum eſt puncti abſentia, Inquit enim Franchinus, Imperfectionem figure ſecum deferunt, deficientibus ſignis, hoc modo. Franchinus.




Tempus ꝑfectū Imperfectum Prolatio maior Minor

¶ Horū autē trium graduū, quidā muſice peritus, ſatis docte, ac compendioſe: pro tyronum inſtitutione, infraſcriptum condidit exemplū. Qd ſaluo ſuo honore non dedignamur noſtris ſcriptis apponere.



TENOR in modo minori perfecto. ¶ DISCANTUS in ꝓ-



latione maiore. BASSUS In tempore ꝑfecto.

Caput quintum de ſignis.

LIcet tanta muſicorum de ſignis ſit diſſenſio, regularum atq; exemplorum confuſio: vt etiam conſumato muſico ambiguitatem generare videātur: ita vt, Plutarchus Cheroneus, vir vndecūq; doctiſſimus, in eo libro: quem de muſica ſcripſit: dicat: Noſtris tpibus, tantos auctus differentie forma excepit, et vſq; adeo diſceſſit a more maiorū, vt nulla ſit amplius diſcipline mentio, nulla preceptio, nulla certi- Plutarchus

tudo, Quamuis etiam in dubijs diffiniendum non ſit: ſed ſuſpenſa ſenten-tia tenenda: tamen ne Tyrunculi: artis huius cupidi: ab inſtituti ſui pꝛopoſito: aut reuocētur: aut male inſtituantur: relictis rarioꝛibus: ea que crebꝛioꝛi muſicoꝛum: quos nunc pꝛobat auctoꝛitas: vſu celebꝛantur: paucis aperiemus: eam: que de circulo et numero eſt: ambiguitatē: olim in Theoricis eradicando. Eſt igitur ſignum: quedam figura cantui pꝛepoſita: modum tempus: ac pꝛolationem indicans.

De ſignoꝛum diuiſione.

¶ Signoꝛum alia pꝛincipalia: alia minus pꝛincipalia dicuntur. Pꝛincipalia ſunt: que ad cognitionem modi: tempoꝛis ac pꝛolationis conducunt. Et illa quidem bipartita ſunt. Extrinſeca ſcilicet: et Intriſeca. Extrinſeca dicuntur illa: que pꝛo cognoſcendis muſice gradibus extrinſecus ſe offerunt: vt numerus: circulus: ac punctus.


De ſignis extrinſecis regule.

¶ Pꝛima: Circulus ſe ſolo poſitus tempus indicat. Et hoc ſi perfectus ſit: perfectum. Sin autem imperfectus: imperfectum. Cum autem numero iungitur: modum declarat.
¶ Secunda: Circulus numero ternario iunctus modum maioꝛem: Binario vero ſociatus minoꝛem repꝛeſentat.
¶ Tertia. Ubicunq̧ eſt modus maioꝛ, ibi eſt et minoꝛ, ſed non econtra.
¶ Quarta, Ternarius numerus circulo iunctus, tempoꝛis perfecti eſt indicium: Binarius vero imperfecti.
¶ Quinta: Punctus in ſigno tempoꝛali clauſus, pꝛolationē deſignat maioꝛem, hoc modo.

Signoꝛū aliud

O3 / C3	modi maioꝛis	perfecti / Impfecti	Tempoꝛis perfecti
O2 / C2	modi minoꝛis	Perfecti / Impfecti	Tēpoꝛis imperfecti
⊙ / ⊂·	pꝛolationis maioꝛis	Perfecti / Impfecti	Tempoꝛis
O / C	Tempoꝛis	Perfecti / Impfecti	pꝛolationis minoꝛis

¶ Cum autem ex trium principalium ſignorum: numeri ſcilicet: circuli ac puncti: commixtione: diuerſa formentur ſigna: quo facilius eorundem eluceſcat noticia: et ſuus cuiqꝫ figure valor tribuatur: placuit reſolutoriam tabulam cuiuſqꝫ figure: in quacunqꝫ etiam ſigno poſite: valorem ex intuitu indicantem: modo quo ſequitur: ſubijcere.



Tabula ſignorum reſolutoria valorē cuiuſqꝫ figure ex intuitu demonſtrans.


De ſignis intrinſecis.

¶ Signa intrinſeca ſunt, quibus graduum muſicaliū perfectio in figuris denotatur, citra extrīſecorum ſignorum appoſitionē. Quorum tria ſunt,

Trium ſcilicet temporum pauſe inuentio. Quando enim in cantu reperitur pauſa tria tangens ſpatia, modum indicat minorem perfectū. Si due, maiorem perfectum, Inquit enim Frachinus: non incongruum eſſe maiori modo duas trium temporum pauſas apponi, ſi minori vna apponatur. Franchinꝰ.

¶ Notarum denigratio, Quoties enim inueniuntur tres longe colorate: modus minor perfectus denotatur. Quando tres breues, tempus perfectū. Tribus autem ſemibreuibus coloratis, prolatio maior demonſtratur.


¶ Tertiū eſt quarundā pauſarum geminatio. Quoties enim due pauſe ſemibreues: cum ſemibreui nota collocant, tempus perfectū deſignat. Per duas aūt minimas cū nota minima, prolatio maior declaratur, hoc modo.



Modus maior | Modus minor | Tempus p̄fectū | prolatio maior

De ſignis minus principalibus.

¶ Signa minus principalia ſunt, que ad cognitionem modi, temporis ac prolationis non conducunt, et hec varia ſunt, vt in ſequenti quadrato licet ad ſenſum videre.



Repetitiōis | Conuenientie | Cōcordātie cardinalis | Aſpirationis | bmollitatis | dealbationis

Caput ſextum de Tactu.

VNde Tactus eſt motio ſucceſſiua in cantu, menſure equalitatē dirigens. Uel eſt quidam motus, manu precentoris ſignorum indicio formatus, cantum dirigens menſuraliter.

De tactus diuiſione.

¶ Tractus tripartitus eſt, maior ſcilicet, minor, et proportionatus. Maior: eſt menſura: tardo, ac motu quaſi reciproco facta. Hunc tactum et integrum et totalem nominant auctores. Et qm̄ verus eſt omnium cantilenar-

rum tactus, Semibreuem non diminutam ſuo motu cõprehendit, vel breuem in duplo diminutam. ¶ Minor, eſt maioris medium, quem Semitactum dicunt. Qm̃ ſemibreuem in duplo diminutam ſuo motu menſurat, indoctis tantũ probatus. ¶ Proportionatus, eſt quo tres ſemibreues contra vnam, vt in Tripla, aut contra duas, vt in Seſquialtera, proferuntur. de quo, capite de proportionibus, latius dicetur.

Regula de Tactu.

¶ Semibreuis in omnibus ſignis (diminutionis, augmẽtationis, ac proportionũ dẽptis) tactu mẽſuraẽ integro, vt in ſequẽti paragraphia claret.

Tabula Tactuum reſolutaria.

⊙3	27	9	3	1				
O3	27	9	3	1	½	4 or. tactũ vnũ	8 tactũ vnum	16 tactũ vnum
C3	12	6	3	1	½			
⊙2	12	6	2	1				
⊙	12	6	3	1				
C·	8	4	2	1				
O	12	6	3	1	½			
C	8	4	2	1	½			
	𝆶	𝆷	𝆸	𝆹	𝆹𝅥	𝆺𝅥𝅮	𝆺𝅥𝅯	𝆺𝅥𝅯

Caput ſeptimum de Augmentatione.

Quoniam in precedenti capite augmentationis ac diminutionis mentio facta exiſtit. Quare ne ex ignotis procedatur, quid vtrunq; ſit libet diſcutere.

¶ Eſt itaq; augmentatio alicuius cantus in ſuis notis plurificatio, Uel eſt alicuius note excrementum. Jn ea etenim minima pro ſemibreui: Semibreuis pro breui: ac breuis pro longa ponitur.


Quibus augmentatio ſignis cognoſcatur.

¶ Augmentatiõis tria ſunt ſigna, Primũ eſt paucitas notatũ, in vna can


tilene parte. ¶ Secundum eſt canonis inſcriptio, dicendo breuis ſit maxima, Semibreuis longa, ac minia breuis. Uel creſcit in duplo, triplo, hexagio numero ꝛc. ¶ Tertium eſt punctus in ſigno temporali, circa vnam dumtaxat cãtilene partẽ repertus. Unam dico, nam ſi apud omnes offenditur, non augmentationis, ſed maioris prolationis, erit indicium.

De augmentatione regule.

¶ Prima Augmentatio eſt diminutionis contradictio. ¶ Secunda, In augmentatione minima figura tactu menſuratur integro. ¶ Tertia, Inter prolationem et augmentationẽ hoc intereſt, ꝙ augmentatio minimã tactu profert vno, prolatio autem tres, hoc eſt Semibreuem perfectã, que tunc proportionato metitur tactu. ¶ Quarta, Pauſe non ſecus ac note augentur et minuuntur. ¶ Quinta. Augmentatio raro preter ꝙ̃ in tenore fieri debet. ¶ Sexta, Maxima non augmentatur, quia maiorem ſe, cuius valorem aſſumat, non habet. Errant igitur qui in maxima ſub tali. ⨀3. ſigno poſita, octoginta vnum tactus concludunt, quoniã nec vltra. 27. tactus maxima excreſcit, nec maiorem ſe (quia maximum eſt, quo nihil exiſtit maius) admittit. Inſuper cum, vt in natura, ita et in arte fruſtra poſitum ſit nihil, fruſtra maxima augmentaretur, quoniam in nullo vnquam cantu tantus ſtatus, vt. 81. tactus in vniſono canantur, reperitur.
¶ Septima, Augmentatio, preter maximam, alias omnes notarũ ſpecies ſub ſe comprehendit, de qua ſequens videatur exemplum.




Augmentatio. Prolatio maior. Baritonus ſub



ſigno Semiditatis. Prolatio maior.

Quid ſit Canon.

¶ Quom de Canone mentio habita ſit, ne ſtudioſos hac in re ſuſpendam, quid canon ſit aperiam. Eſt igiẽ Canon, imaginaria preceptio, ex poſitis, non poſitam, cantilene partem eliciens. Uel eſt regula argute cantus ſecreta reuelans. Canonibus autem vtimur ſubtilitatis, breuitatis, ac tentationis gratia, hoc modo.



Canon.
BASSUS ex Tenore in Diapente poſt tempus vnum

Caput octauum de Diminutione.

Diminutio: que verius Sincopatio dicitur: Eſt primarie quantitatis notularum variatio, ſcribit Franchinus lib. 2. pract. 14, Uel eſt quedam menſure preciſio. Ut enim in Grammatica ſecla pro ſecula per Sincopen dicimus, ita in Muſica figurarum connatam atqꝫ corriuatam menſuram ſincopa preſcindimus. Generaliter ergo Syncopatio non diminutio, quoniā ſpecies eſt ſyncopationis, dicetur. Franchinꝰ

De ſpeciebus Syncopationis.

¶ Syncopationis due ſunt ſpecies. Semiditas ſcilicet et diminutio.

¶ Semiditas eſt primarie notarum menſure mediatas, in imperfecto tēpore tm̄ locabilis: Cuius hec ſunt ſigna. O 2. C 2. ⌽. ¢. ⌽. in omnibus enim iſtis. medietas menſure preſcinditur p virgulā ꝓprie, per numerum autem, inquantum vim habeat proportionis duple. Recte igitur Eraſmus Lapicida in omnibus iſtis ſignis numerum numero ſupponit hoc modo. O $\frac{2}{1}$. C $\frac{2}{1}$. Proportio enim, non vnius, ſed duarum quantitatum eſt, vt alibi latius declarabimus. Eraſmꝰ lapicida

De Diminutione.

¶ Diminutio: vt veteres ſenſere: eſt tertie partis ab ipſa menſura abſtractio. Sed recentiorum laudabilior eſt opinio ac verior, qui diminutionem a ſemiditate non diſcernant, vt Joannes Tinctoris, omniū: qui in muſica claruerunt: ſcriptor preclariſſimus: et Franchinus Gafforꝰ: lib. 2. ca. 14 ſanxerunt. Eſt itaqꝫ diminutio medie partis in menſura preſciſio: nil diſcrepans a Semiditate: niſi ꝙ in ſignis perfectis: ac figuris ternario numero metiēdis reperitur. Quare nō poſſum nō deridere quaſdā cōponiſtas: ita enim dici volunt: muſice monſtra: qui cum artis nec prima elementa viderint: ſe muſicos muſicorum proclamant: omnia ignorantes: de omnibus ſe iactitant, atqꝫ artem hanc: pluribus antea ſeculis a doctiſſimis qui‑

Quinti- buſq;, et vt Quintilani verbis vtar: claris ſapientia viris celebratā, inep-
lianus tijs ſuis, citra artis maieſtatē, vſu poti⁹ q̄ ingenio fabricat, dehoneſtāt,
corrūpunt, defedant, quibuſq; ſignis pro libitu vtentes, nec valorem nec
menſuram penſitantes, carminis ſuauitate, ſtultorū auribus potius, q̄ ar-
tis maieſtate, doctorū iudicio, parere ſtudent. Qualē quendam arcis Pra
genſis organiſtam cōducticiū, noui. Qui cum, vt de altoribus ſileam, nec
perfectum tempus ab imperfecto diſcernat, ſe et muſicam ſcribere recon-
ditiſſimā, vulgo corā dicit, et Franchinum celeberrimū muſice ſcriptorē,
quem nec a limine ſalutauit, mordere, vilipendere, nec lectu quidem dig-
num iudicare, non erubeſcit. O ſtulta iactantia, o temeritas ridicula, o grā
dis inſania, que haud alia ratione doctiſſimos quoſq; rodit, q̄ q; eiuſdē
muſe emula non exiſtit. Dij faxint, vt in laqueos lupus cadat, ne facinus tā
callidum, tam prauum, atq; nefarium deinceps committat, nec cornicula
alienis plumis glorietur. Delyrus enim cenſetur, qui id ipſum alijs pre-
ſcribit, cuius ipſe elemeuta nec dum viderit. Quemadmodum Phormio
Grecus orator, vt eſt apud Ci. ſc'do de oratore, qui dum apud Antiochū
Cice- Aſie regem, Hannibale coram, de imperatoris officio copioſius peroraſ-
ro. ſet, nec ipſe caſtra vnquā vidiſſet, nec arma, mirantib⁹ cunctis qui tū ade-
Han- rant, tādem queſitus et ipſe Hannibal, quid de tali philoſopho iudicaret,
nibal. reſpondiſſe fertur, multos ſe delyros ſenes ſepe vidiſſe, ſed qui magis,
q̄ Phormio deliraret neminem. Nunc ad rem redeo ⁊ Amuſos illos, atq;
ridiculos Phormiones (quorum plures muſice prouintiā, proh pudor, in-
uaſere) harmoniarū non compoſitores, ymmo corruptores, non muſaꝝ,
ſed furiarū alumnos, vix minimo dignos honore. Ridenda enim ſunt can-
tica in ipſis muſice fontibus non radicata, licet quantumuis conſona ſint.
Quoniā non artifex artem, ſed ars artificem decorat. Nullum ergo compo
niſta muſice confert decorē, ſed e diuerſo. Quippe non ex induſtria, ſed diu
turna quadam conſuetudine plerīq; (quia forte a cunabulis in cantorijs
vixerunt) cantica etiam conſona condunt, ſed quid ſit quod condiderūt,
non intelligunt, quia eſt cognoſcentes, ſed quid eſt non intelligentes. Qui
bus ſaluatoris noſtri dictū in cruce rite conuenit. Pater ignoſce illis, quia
neſciunt quid faciunt. Fides itaq; nec vlla preſtetur componiſtis, niſi in-
ueniātur arte probati. Quorū aūt probata eſt auctoritas, ij ſunt. Joannes
O Kekē, Joānes Tinctoris, Loyſet, Uerbonet, Alexāder Agricola, Jacob⁹
Oke- Obrecht, Joſquin, Petr⁹ de larue, henric⁹ Jſaack, henric⁹ Fynck, Anto-
ken. Ticto us Brumel, Mattheus Pipilare, Georgius Brack, Eraſmus Lapici-
Loy- da, Caſpar Czeys, Conradus Reyn, et ſimiles, quorum poemata ex artis
ſet. radicibus emanere cōſpiciunt. Sed ne ex deriſione ira conſurgat, ⁊ ex ira
Alexā odium, miſſum faciamus hec, ad diminutionē redeuntes, quā nō tertiam
der partem vt olim (eam enim inuenire difficile eſt) ſed alteram abſtrahere
Ioſ- cum Frāchino et Tinctore concludamus. Ut enim hoc ſignum Ȼ, hu-
quin. Pe. ius C. duplum eſt, ita et illud ∅ illius O. Quamobrem errant condi-
tores, etiam probati, dum in circulo perfecto virgula ſciſſo, vltra figuras

rum quoniã perfecti temporis ſunt, ternariam numeroſitatem, binariam menſure progreſſionem non attendunt, ſemibreuem ad tactum proferentes, cum due cantande ſint. In eo enim ſigno, ita cõſtituendus eſt cantus, vt perfectione ternarij ſeruata, in binaria menſura, clauſulas recipiat ac finem. Nam hoc in ſigno Ø eundem note valorem quem, in illo O, habẽt ſeruant. ſed ſola menſura binario numero metienda eſt, hoc modo.

Brũs mel. Matheus. Georg. Eraſmus. Henricus Yſac. Fick Caſ. Czeiſ Cõ. Rein.

Tabula de Tactu Diminuto.

Ø	6	3	2	1	in omni cantu	in omni tactum	in omni tactu	in omni cantu
Ø	6	3	2	1				
O2	6	3	1	1				
₵	4	2	1	1				
₵	4	2	1	1	4	8	16	32
C2	4	2	1	1				
	▭	▭	▭	◇	◇	♦	♦	♦


Quibus ſignis Diminutio ſignetur.

¶ Deſignatur aũt diminutio tripliciter, ſcilicet Canonice, nũeraliter, virgulariter. ¶ Canonice, dicendo. Decreſcit in duplo, in triplo, quadruplo et huiuſmodi. ¶ Nũeraliter, Qñs enĩ nũerus circulo vel ſemicirculo cõiũctus. vltra hoc qd eſſentialiter indicat, etiam minuit iuxta ſue figure denominationẽ. Ut binarius circulo integro ſociatus, vltra tps, quod in tali ſigno imperfectũ eſſe declarat, duplam etiam denotat diminutionem. Ternarius triplam. Quaternarius quadruplam, et ſic deinceps. Uirgulariter, qñ ſcilicet per virgulam ſignũ tpis ſcinditur, hoc modo. Ø. ₵. Ø. ₵.


De Syncopatione regule.

¶ Pria. Syncopatio tpali cõpetit mẽſure, nõ ipis figuris. ¶ Scda. Syncopatio vt notas, ita et pauſas reſpicit. ¶ Tertia, Syncopatio nõ notarum aut pauſarũ valorem aufert ſed menſurã. ¶ Quarta, Nũerus prolationẽ nõ minuit, quia vi ſuã in pũctũ cuſtodiente circlo dirigere nequit. ¶ Quinta. Inter diminutionẽ ac ſemiditatem, nulla eſt differentia tactus ſeu menſure, ſed ſolius nature. ¶ Sexta, Diminutio eſt augmentationis contradictio. ¶ Septima. Non eſt inconueniens vt eidem ſigno duplex, Uirgularis ſcilicet ac numeralis accidat diminutio, hoc modo. ₵ z.

¶ Octaua, Uirgularis ſyncopatio frequens eſt, numeralis rara, canonica rariſſima, quare de prima ſequens eſt exemplum atqꝫ ſecunda.



Diminutio Uirgularis Semiditas



Syncopatio numeralis

Caput nonum de Pauſis.

Tinʒcto. Gafforus.

p Auſa : vt Tinctoris ſcribit : Eſt taciturnitatis ſignum. Uel (vt Gafforo placet) Eſt figura artificioſam a cantu deſiſtentiam demonſtrans. Uel eſt tractus per lineas et ſpatia: ſilentium indicans. Locãtur autem pauſe in cantu tripliciter: ſcilicet eſſentialiter: indicialiter: ꝛ vtroqꝫ modo.

¶ Eſſentialiter quando ſilentium demonſtrant.

¶ Indicialiter quando non ſilentium, ſed modum perfectum indicant: et tunc ante temporis ſignum locum ſibi vendicant.

¶ Utroqꝫ modo quando vtrumqꝫ repreſentant.

Regule de Pauſis.

¶ Prima: Tot ſunt ſpecies pauſarum: quot notarum.

¶ Secunda: Pauſa omnia tangens ſpacia: generalis eſt: vbi omnes voces ſimul ceſſant in calce tantum locanda.

¶ Tertia: Pauſa tria occupans ſpatia: dicitur modi: quem indicat: in modo perfecto ſolum ponibilis.

¶ Quarta. Pauſa duo ſpacia concludens longa imperfecta nuncupatur.


¶ Quinta. Pauſa vnum occupãs ſpacium, breuis eſt, vnũ tempus deſignans: ſiue perfectum ſit, ſiue imperfectum.

¶ Sexta. Pauſa deſcendens a linea ad mediũ ſpatiȷ̃ : Semibreuis dicit.

¶ Septima: Pauſa a linea ad medium ſpacium aſcendens: minimam ſiue ſuſpirium, demonſtrat.

¶ Octaua: Pauſa vt ſuſpiriũ: vncata dextrorſum: Semiminimam valet

¶ Nona: Poſtremarum duarum figurarum pauſe ; ob nimiam ſuam velocitatem in vſu muſico non reperiuntur.




Pauſa gñalis Modi Longa Breuis Semibreuis Minima Semiminima

Caput decimum de Punctis.


Vnde punctus eſt indiuiſibilis quedam quantitas, notulis addita, vel diuiſionis, vel augmenti vel certitudinis gratia. Uel eſt minimũ quoddam ſignum notulis accidẽtaliter aut poſtpoſitum, aut ſuprapoſitum, aut interpoſitum.

De Puncti diuiſione.

¶ Tria punctorum ex diffinitione colligunť genera, ſcilicet Additionis, et is eſt figurarum augmentatio Uel eſt imperfectarũ notarum perfectio. Hic ad mediũ lateris dextri ponitur, ꝛ in ſignis imperfectis ſolum reperitur, ac notulas, quibus additur, ꝓ medietate ſui voloris augere dinoſciť, vt in exemplo ſubſcripto claret.




TENOR puncti additionis. BASSUS eiuſdem.



De Puncto diuiſionis.


¶ Punctus diuiſionis eſt duarum notarum diſiunctio, nec auferens nec afferens quicquã, ſed duas notas diſtinguens, primã, precedenti, ſecundam aũt ſequenti connumerando, pro conſtituenda in notis ternaria perfectione. Hic pũctus in gradibus perfectis, non perfectis figuris, ſed propinquis earum partibus iungitur, nec ad medium lateris vt additionis, ſed paulo altius vel profundius ad medium notarum, quas diuidit, collocať, hoc modo.



TENOR puncti diuiſionis BASSUS eiuſdem.


De Puncto Alterationis.

¶ Alterationis punctum: veteres plus. ꝙ recentiores: ſeruauere. Ne tamē aliqñ repert⁹: ambiguitatē generet canēti: nō nihil de eo placet diſſerere: eſt itaq; punctus alterationis notarū repetitio: notis adueniens non inquantum perfecte: ſed inquantum perfectarum propinque ſunt partes. Ponitur autem non ad latus: neq; ſurſum aut deorſum: ſed preciſe ſupra notam quam alterat: vt in ſubſcripto exemplo.




TENOR de pūcto alterationis BASSUS de pūcto alteratiōis

¶ Sunt preter hec alia duo punctorū genera: ſcilicet perfectionis: Et eſt pūctus note perfecte poſtpoſitus: ipſam nec auget nec minuit: ſed ne a ſequente imperficiatur preſeruat. Et ponitur vt additiōis: ſed diſcrepat ab eo: quia circa notas perfectas ſolum locatur. Tranſportationis autē punctus: notis appoſitus: eas ad diſtantiores figuras tanſfert computandas. Nec in anteriores ſed poſteriores tantum vim ſuam dirigit: hoc modo.



TENOR de puncto ꝑfectionis ac tranſportationis



BASSUS de eiſdem

Caput vndecimum de Imperfectione.

V nde imperfectio eſt perfectarum notarum degradatio. Eſt enim imperficere, notam perfectam, imperfectam reddere, Vel eſt ipſam de ſuo valore deponere.

De auplici Imperfectione:

¶ Imperfectio duplex eſt. Totalis ſcilicet, quando preciſe tertia pars valoris, notulis aufertur, vt dum in tempore perfecto breuis per ſemibreuē imperficitur. Partialis, quando non tertia pars preciſe, ſed minor ea puta ſexta vel huiuſmodi ipſis notis abſtrahitur, Ut dum longa imperfecti modi, ſed imperfecto tempore, vbi duas tantum breues valet, a ſemibreui in perficitur, reſpectu breuis in ea contente, Et breuis a minima in prolatione maiore. Duplex impfectio.

Quibus ſignis Imperfectio cognoſcat

¶ Imperfectionis tria ſunt ſigna, ſcribit Franchinus lib. 2. practice. ca. 11. ſcilicet numeralis imperfectio, punctualis diuiſio, et notularum plenitudo. Impfectiōis triaſigna.

Regule de Imperfetione.

¶ Prima. Quattuor ſunt note imperfectibiles, maxima ſcʒ, longa, breuis, ac ſemibreuis. ¶ Secunda, Omnis imperfectibilis figura, ſemper eſt in numero ſue perfecte quantitatis conſideranda. ¶ Tertia. Quod ſemel imperfectum eſt, amplius imperfici non poteſt. ¶ Quarta, Oīs iperfectibilis figura, maior erit imperficiente. ¶ Quinta, Imperfectio non ſolum fit per partes notarum propinquas, ſed et remotas. Ut breuis perfecta, non ſolum a ſemibreui propinqua parte, verum et a duabus minimis, que partes remote ipſius exiſtunt, iperfici p̄t. ¶ Sexta, Due partes propinque alicuius figure perfecte, ipſam non imperficiunt, ſed vna tantum, licet due remote idipſū facere poſint. Quare ſi due pauſe ſemibreues poſt breuem perfectam reperte fuerint, perfecta manebit, niſi diuiſio punctualis interueniat. ¶ Septima, Omnis figura minor ſuperflua, maiorem imperficit precedentem, non ſequentem, niſi id ratione puncti diuiſionis, vel perfectionis: vel etiā tranſportationis fiat. ¶ Octaua: Similis ante ſimilem nō imperficitur: quare omnis imperfectibilis figura: ante maiorem: vel minorem ſe ponat. ¶ Nona: Maior nō iperficit minorē: aut equalis equalē. ¶ Decima: Figura aliam imperficiens: aufert ei tantum quantū ipſa valet. ¶ Undecima: Pauſa non imperficit ſed ipficit. ¶ Duodecia.

Ligatura non imperficit, ſed imperficitur.

¶ Tredecima, Maxima in imperficiendo non agit: ſed patitur.


¶ Quarta decima, Minima in imperficiendo non patitur: ſed agit.

¶ Quinta decima, Longa, breuis, et ſemibreuis imperficiũt, et impficiũt

¶ Sedecima, Omnis imperfectio vel a facie, vel a tergo fit. A facie, quãdo imperficiens imperfectibilem precedit, a tergo, quando imperfectibili ſuccedit. Sunt qui ab vtroqꝫ fieri credunt, in partiali imperfectione.


¶ 17. Imperfectio que ante et poſt fit, non per propinquas partes, ſed remotas contingit.

¶ 18. Omnis imperfectio fit vel per notam, vel per pauſam, vel per colorem. Per notam, quando ſcilicet ante vel poſt notam perfectam, figura minoris ſpeciei collocatur, eam imperficit, hoc modo.




TENOR BASSUS

¶ Per pauſam qñ ſcilicet ante vel poſt notam perfectã pauſa minoris ſpeciei reperitur, figura imperficit, pauſa autem imperfici non poteſt, hoc modo.



TENOR




BARITONANS

¶ Per colorem, quãdo in figuris perfectis color offenditur, imperfecte ſunt, quia tertia pars eis aufertur, hoc modo.



TENOR



BASSUS huius poſitionis


De Colore.

¶ Unde color in propoſito nihil eſt aliud, ꝙ notularum plenitudo. Uel ē principalium figurarum denigratio. Cuius tanta vis eſt vt figuris in ſua perfecta quantitate deductis, tertiam partem valoris adimat, Imperfectis vero, modo quartam partem auferat, modo hemiolam proportionē in eis conducat. Quamobrem tabulam tactus reſolutoriam, de figuris perfectis colore notatis, ſubijcere placuit. hoc notato ꝙ ſpaciola vacua eam, ſupra quam ponuntur, figuram incolorabilem eo ſigno eſſe demonſtrāt. Spherica vero figura, quam nihili numerorum periti nominant, et ſi figuras colorabiles, integrum tamen tactum non valere, declarat.

⊙3	18	6	2	0	0
O3	18	6	2	1	
⊙2	8	4	2	0	0
O2	4	2	1		
⊙	8	4	2	0	0
⊘	4	2	1	0	0
O	8	4	2	1	
⌀	4	2	1	0	

Quoniam in aliis figuris color effectualis exiſtat: nullam accidentalem notis inducit quantitatem.

¶ Color etiam interdum nec auferre nec afferre quicquā, apud doctiſſimos quoſq; offenditur: Tū maxime dū amouende alteratiōis gratia, impefectarum figurarum propinquis partibus collocatur, hoc modo.



TENOR BASIS

Henricus Yſaac ¶ Plerumq; demum color in figuris imperfectis:inquit Franchinus li. 2.ca.11.duplam proportionem efficit. Quod Henricus Yſaac:in quodã. Alleluia de Aplis:non minus concinne:ꝙ vere diſpoſuit:hoc modo.



TENOR BSSIS

Caput duodecimum de Alteratione.

Ioannes Mur Tinctor. Alteratio ſcd̃m Joannem de muris eſt minoris notule reſpectu maioris duplicatio. Vel vt Tinctor ait:eſt proprij valoris geminatio. Vel eſt vnius et eiuſdem note repetitio. Et dicitur alteratio:quaſi altera actio:id eſt ſecũdaria alicuius note decantatio:propter ternarij perfectionem.

De Alteratione regule.

¶ Prima:Quattuor ſunt note alterabiles:ſcribit Franchinus.lib. 2.ca. 13.longa:breuis ſemibreuis:ac minima.

¶ Secunda:Alteratio maximam excludit: et in minima terminant: quia maxima maiorem ſe:cuius propinqua pars eſſe poſſit non habet:diminutiores autem figure numero ternario non ſunt computande.

¶ Tertia:Alteratio euenit notulis non perfectis:ſed quũ fuerint perfectarum propinque partes quoniam perfecta inquantum talis : alterationi non ſubiacet.

¶ Quarta:Note tantum alterantur et non pauſe.

¶ 5.In ſecundam et non in primam cadit alteratio.

¶ 6.Omnis nota alterata continet ſe ipſam bis.

¶ 7, Similis ante ſimilem non alteratur.


¶ 8.Alteratio ſolum contingit in gradibus perfectis.

¶ 9.Alteratio fit ob defectum vnus note:cõputata ternarij nũeroſitate.

¶ 10.Quoties inter duas imperfectibiles due alterabiles clauduntur: abſq; puncto diuiſionis:ſecunda ſp alterat: vt ſubſcripto exẽplo declarat




Altera TENOR Altera




BASIS.

¶ Undecima: Si pauſa cum figura: cui equiualet: inter duas notas perfectas clauditur: Tunc aut pauſa precedit figuram: aut figura pauſam. Si primũ, figura alteratur: ſi ſecundum: alteratio non habet locum: quia note alterantur tantũ: et non panſe. Cadit inſuper in ſecundam ſemper: et non in primã alteratio: hoc modo.




TENOR




BASIS

¶ Duodecĩa: Alteratio plenitudĩe notarũ: ac pũcto diuiſionis tollit̃. Et in ligaturis etiã alteratio ſaluat̃: vt in ſcripta parabola claret.



TENOR



BASIS

¶ Decimatertia. Quoties tres alterabiles note inter duas imperfectibiles clauduntur, ambe imperfectibiles perfecte manebunt et nulla alterabilium alteratur, quia numerus ternarius vbiq; eſt perfectus.

Caput tertiumdecimum. de Proportione.

Euclides.

VNde Proportio eſt duorum comparatorum, in aliquo vniuoco habitudo. Uniuoco dico, quia in equiuocis cōparatio nulla ē, Stylus eteni͂ et vox acuta non comparantur. Quo fit vt proportio inter equalia ac inequalia, ſimilia ac diſſimilia, inuenia tur proprie dicta. Uel ſecundum Euclidem. Eſt duarum quātecunq; ſint, eiuſdem generis propinqui quantitatum, alterius ad alterā, certa habitudo. Hinc continua et diſcreta, quanq̄ ſub eodem genere quātitatis contineantur non cōparantur, quia remota non propinqua exiſtūt.

De proportionum diuiſione.

¶ Proportionū alia equalitatis, alia inequalitatis eſt, Equalitatis eſt duarum equalium quantitatū relatio. Equale eni eſt, quod ſuo equali nec pl⁹ eſt, nec minus. Inequalitatis vero eſt duarum in equalium quantitatum habitudo. Inequale ſiquidē id dicitur, quod ad aliud relatum, vel plus, vel minus eo exiſtit.

Que Proportio muſicis conueniat.

¶ Quom vocum ſimilitudo conſonantiam non pariat, ſed diſſimilitudo. Hinc ſolam inequalitatis proportionē muſice diſciplina conſiderat. Et hec bifariam partitur, in maioris ſcilicet ac minoris inequalitatis proportionem. Maioris inequalitatis proportio eſt: nūeri maioris ad minorem relatio. vt. 4. ab. 2. 6. ab. 3. Minoris autem inequalitatis econtra eſt, numeri minoris ad maiorem comparatio. vt duorum ad. 4. 3. ad 6.

De quinq; Proportionum generibus.

¶ Maioris inequalitatis proportionum quinq; ſunt genera, ſcilicet multiplex, ſuperparticulare, ſuperpartiens, et hec ſimplicia ſunt, multiplex ſuperparticulare, et multiplex ſuperpartiens, que ſunt compoſita. His alis

quinq; genera minoris inequalitatis opponuntur: inquit Franchinus: eiſdem etiam nominibus: prepoſita tantum prepoſitione ſub: vt ſubmultiplex ꝛc. Uerũ cũ multiplex proportio precipuam in muſicis conſonantiis vim habeat: Superparticularis deinde: Superpartiens vero cum duobus ſequentibus nullam: quare ſuperpartiẽtiũ genus cum ceteris ſubſequentibus: tanquam parum validum: ab harmonico concẽtu relegam⁹: duo priora ſolum amplectendo.

De generibus multiplici.

¶ Multiplex proportionũ genus: ceteris et preſtantius et antiquius: Eſt dum maior numer⁹ ad minorem relatus: totum minorem pluries: vt bis vel ter: preciſe comprehendit. Cuius ſpecies infinite: ſi ſingulos nũeros vnitati comparaueris: apparebunt: vt in ſcripto quadrato licet videre.

2	3	4	5	6	7	8	9	10
1	1	1	1	1	1	1	1	1
Dupla	Trip.	q̈dru.	q̃ntu	ſextu.	ſeptu.	octup.	nonu.	decu.

¶ Huic dicto generi: oppoſitum eſt: primum minoris inequalitatis gen⁹: ſubmultiplex appellatum. Horum alterum deſtruit alterum: nec in ſuo eſſe perdurare ſinit. Hoc genus: eadem relatione vnitatis ad alios numeros facta: eaſdem cum multiplici: etiam eiuſdem nominis ſpecies: adiecta prepoſitione ſub: ex ſe producit: hoc modo.

1	1	1	1	1	1	1	1	1
2	3	4	5	6	7	8	9	10
Sub dup	Sub tri	Sub q̈dru	Sub q̃ntu	Sub ſextu	Sub ſeptu	Sub octu	Sub nonu	Sub decu.

De genere Superparticulari.

¶ Superparticulare ſecundum proportionum genus fit: quando numerus maior minori comparatus: ipſum ſemel: et inſuper aliquotã eius par- Franchinus

b

tem, in ſe concludit. Eſt autem pars aliquota, que aliquoties ſumpta, ipſũ totum producit preciſe. Cuius quidem generis ſpecies innumerabiles cõducuntur, ſingulos ſi numeros, dempta vnitate, ad minorem viciniorem computaueris, modo ſubſcripto.

3	4	5	6	7	8	9	10
2	3	4	5	6	7	8	9
Seſq altera	ſeſqui tertia	ſeſqui quarta	ſeſqui quita	ſeſqui ſexta	ſeſqui ſeptia	ſeſqui octa.	ſeſqui nona.

Huius oppoſitum eſt Subſuperparticulare, ſecundum minoris inequalitatis genus. Quod et eaſdem ſpecies, eiſdem etiam nominibus ſub prepoſitione mediãte cũ precedẽte procreat, ſi ſingulos minores nũeros, vni-
Boe. tatẽ ſemꝑ excipio, maioribꝰ viciniouibꝰ ꝯpare voluerimꝰ, eo q̃ ſequit̃ mõ.

2	3	4	5	6	7	8	9
3	4	5	6	7	8	9	10
ſubſeſ q̃alfa	ſubſeſ q̃tertia	ſubſeſ quiq̃r	ſubſeſ quiq̃n	ſubſeſ quiſex	ſubſeſ quiſep	ſubſeſ q̃octa	ſubſeſ q̃nona

Quo pacto ex equalitate propor- tio: et ſubinde vna ex alia cõducat.

Cum proportionem ex equalitate, et ex vna aliam creare volueris, idipſum hac Boetij regula rite efficies. Diſpoſitis tribus equis numeris, puta vnitatibus vel quibuſcꝫ alijs, Tres alij ſubſtituãtur, ita vt primus primo par ſit, ſecundus primo et ſecundo, Tertius primo duobus ſecundis ac tertio, et dupla apparebit, hoc modo.

1	1	1	2	2	2	3	3	3
1	2	4	2	4	8	3	6	12
Duple.			Duple.			Duple.		

¶ Or ſi et triplas conducere volueris, conſtitutis ſuperiori ordine duplis iam creatis, ſubſtituantur tres numeri ſecundum regule predicte tenorem et habebis effectum, hoc modo.

1	2	4	2	4	8	3	6	12
1	3	9	2	6	18	3	9	27
Triple			Triple			Triple		

¶ Or ſi has triplas iam creatas ſuperiore ordine poſuerimus, quadruplas producemus, per ſubditorum numerorum conſonam ac regularem appoſitionem, ex quadruplis quintuplas, ⁊ item, ex quintuplis ſextuplas, et ſic deinceps vſq; in infinitum gradiendo.

1	3	9	1	4	16	1	5	25
1	4	16	1	5	25	1	6	36
Quadruple			Quituple			Sextuple		

¶ Or cum ex duplis ſeſquialteras creare volueris, conuerſis nũeris duplarũ ita vt maiores primi ſint, et minores naturali ordine ſuccedant, Subſtituantur aliũ tres numeri, prout ſepe dicta regula expoſcit, ⁊ apparebit effectus, vt in ſubiecto quadrato licet videre.

4	2	1	8	4	2	12	6	3
4	6	9	8	12	18	12	18	27
Seſquialtere			Seſquialtere			Seſquialtere		

¶ Et vt ex duplis ſeſquialtere, pari modo ex triplis ſeſquitertie, et ex quadruplis ſeſquiquarte conducantur, conuerſione numerorũ, vt de ſeſquialteris dictum eſt, et ita in infinitum vſq; progrediendo, eo quo ſequitur modo.


9	3	1	16	4	1	25	5	1
9	12	16	16	20	25	25	30	36
Seſquitertie			Seſq̃quarte			Seſq̃quite		

Ex quibus proportionibus Muſice. conſonantie conducantur.


Boe. Ma. ¶ Proportiones muſicas conſonantias producentes ſex ſunt, Boetio ac Macrobio teſtib⁹, Tres in genere multiplici, ſcilicet dupla, tripla et quadrupla. Tres inſuper inſuperparticulari, ſcilicet ſeſquialtera, ſeſquitertia ac ſeſquioctaua, Quibus maxime rata muſice interualla componuntur, inquit Plutarchus, Quare dimiſſis alijs, has tantum, que in notis conſiſtant ac deſcribantur, et preceptis et exēplis breuiſſimis duximus enodandas. Ac naturali ordine ſeruato, a Dupla, quoniam ceteris et dignior eſt et notior, exordium ſumamus.

De Proportione Dupla.

¶ Dupla proportio prima multiplicis generis ſpecies, fit, quum maior numerus ad minorem relatus, ipſum bis in ſe comprehendit, vt. 4. ad. 2. 8. ad. 4. Sed muſicaliter, quū due note contra vnam ſibi et natura, et ſpecie ſimilem proferuntur. Cuius ſignū alij numerū binariū eſſe cōcludunt, alij (quoniam proportio non vnius ſed duorum relatio exiſtit) numerum numero ſupponendum eē contēdūt, hoc modo $\left[\begin{smallmatrix}2.&4.&6.\\1&2&3\end{smallmatrix}\right]$ idq; ꝛ ĩ ceteris ſeruādū eē nō dubitāt




TENOR Duple



BASIS Duple

¶ Nec latere vos volo, duplam proportionē, aliaſq; omnes multiplicis generis, canonib⁹ deſignari, dicendo, decreſcit in duplo, in triplo, ꝛ ſic deinceps. Qd̄, quia vel induſtrie, vel tentatiōis gr̄a fit, nō improbam⁹. Sūt qui duplā ꝓportionē in figuris ꝯſiderāt, ſignis, vnciſq; ſiniſtrorſuȝ verſis, dicentes hoc. C. huius. Ɔ. eſſe duplū hanc illius. In pauſis q̄ȝ, huius illā, Non alio: vt reor, freti patrocinio, q̄ q Franchin⁹ lib. pract. 2. ca. 4. dextrū latus ſiniſtro ꝛ auctius et pfectius eſſe dt, ſiniſtrū


vero, dextro imbecillius. Cui opinioni nec ipſe refragor multũ. Nã apud Ualeriũ Probũ eruditiſſimum grammaticum, de interpretandis Romanorum literis, C. litera, que ſemicirculi formam habet, Caium matrem, eadem inuerſa Caiam femellam inuenio deſignari. Fabius quoq; Quintilianus Probi ſententiam corroborans infit. Nam et Caius C litera notatur, que inuerſa mulierem declarat. Et cũ maſculi femellis perfectiores exiſtant, Semicirculo dextrorſum verſo, perfectio eorum, harũ autem imbecillitas, huius inuerſione, declaratur. Hac occaſione moti muſici, latus leuum, dextro dimidium auferre voluerũt, ſic 

De Proportionibus regule


¶ Prima, Omnis proportio aut per aduentũ ſue contrarie proportionis tollitur, aut per ſigni interpoſitionem infringitur, Ut per aduentum ſubduple tollitur dupla, et ſic de aliĳs. ¶ Secunda, Omnis proportio et pauſas et notas reſpicit. ¶ Tertia, Omnis maioris inequalitatis proportio notas ac pauſas, potentia ſua naturali minuit, minorꝫ vero inequalitatis ad auget. ¶ Quarta Alteratio ac imperfectio, ĳs tantum inſunt proportionibus, que in gradibus perfectis fiunt. Nec omnibꝰ figuris, ſed ĳs dũtaxat, quas illi gradus ſua perfectione reſpiciũt, aut quibus extra proportionem hec accidentia accidunt. ¶ Quinta ſeſquialtera proportio figurarum ternariam, niſi eam a ſigno habeant, perfectionem excludit. Quare nec alterationem nec imperfectionem, negante ſigno, admittit.

De Tripla.

¶ Tripla proportio ſecunda multiplicis generis ſpecies, fit dum numerꝰ maior ad minorem relatus, ipſum in ſe ter concludit, vt 6. ad. 2. 9. ad. 3. Sed muſice, quom tres notule, contra vnam ſibi ſpecie ſimilem, proferuntur. Cuius ſignũ nũerus ternarius vnitati ſuprapoſitus, exiſtit. hoc mõ $\frac{3}{1}$




TENOR Triple




BASIS Triple

De Quadrupla

¶ Quadrupla, Tertia multiplicis generis ſpecies. fit quando numerus maioꝛ minoꝛem quater in ſe cōpꝛehendit, vt.8.ad.2.12.ad,3. Sed muſice quando quattuoꝛ note contra vnā pꝛoferuntur. Cuius ſigna ſunt hec $\frac{4}{1}$ $\frac{8}{2}$ vt ſic




TENOR Quadruple




BASIS Quadruple

De Seſquialtera.

¶ Seſquialtera, pꝛima ſuperparticularis generis ſpecies, fit qñ nūerus maioꝛ minoꝛem ſemel continet, et alterā eius partem, vt 6.ad 4.9.ad 6. Sed muſice, quando tres note, contra duas ſibi ſpecie ſimiles pꝛoferunt. Cuius ſigna ſunt hec. $\frac{3}{2}$ $\frac{6}{4}$ $\frac{9}{6}$ vt in exemplo ſequenti.



TENOR Seſquialtere




BASIS Seſquialtere.


¶ Sunt qui in figuris numerorum caracteribus ſeſquialteratis, colorem ſuperinducūt, et ediuerſo, ſeſquialteras, ſeſquialterantes, Et illi tales, teſte Franchino, id vitium incidunt, ꝙ ex duabus ſeſquialteris nō duplam ſeſquialteram, vt ipſi credunt, ſed duplam ſeſquiquartam producūt. Quidam imperfectionem ac alterationem in ſeſquialteratis imperfecti temporis ponunt, pauſam breuē vno tactu menſurātes licet in notis tres ſemibreues in vno tactu diſponant. Qua autem id faciant auctoritate, preter execrandam atqꝫ aſininam ignorantiam, inuenio nullam neqꝫ enim imperfectionem ac alterationem ſignorū admittit imperfectio, neqꝫ pauſas excludit proportio. Franchinꝰ.

De Seſquitertia.

¶ Seſquitertia proportio, quam epitritam nominant, eo ꝙ Epitrito conducat̃ ſecūdū Macrobiū, fit, quando maior notularū nūerꝰ, minorē ſemel in ſe, et tertiam eius partē concludit, vt 4. ad 3. 8. ad 6. 12. ad 9. Sed muſicaliter quando quattuor note contra tres ſibi ſpecie ſimiles proferuntur Cuius hec ſunt indicia $\frac{4}{3}$ $\frac{8}{6}$ $\frac{12}{9}$ Quidam etiā ſemicirculum inuerſum huic proeportioni aſcribunt, ſed Tinctor improbare videtur.



TENOR Seſquitertie




BASIS Seſquitertie


De Seſquioctaua.

¶ Seſquioctaua proportio fit, quū maior numerus minori cōparatus, ipſum ſemel includit, et cū hoc octauā eius partē. vt 9. ad. 8. 18. ad. 16. Sed muſice quando nouem note, contra octo ſibi ſpecie ſimiles, decantātur. Cuius ſignū eſt numerus nouenarius octenario ſuprapoſitus, hoc modo

$\frac{9}{8}$ vel $\frac{Ↄ}{8}$




TENOR Seſquioctaue




BASIS Seſquioctaue

¶ Sunt inſuper, qui (quoniã ſuperueniente colore valor minuitur) ſeſ-
Aulꝰ quialterã notarum plenitudine conſiderant. Quam et hemiolam nomi-
Geliꝰ nant. Eſt enim id hemiola, quod ſeſquialtera: Inquit Aulus Gellius li.
19. ca. 14. hec tamen notularum denigratio non niſi ſub imperfectis quã-
titatibus, ipſis accidere ſolet, ſcribit Franchinus.



TENOR hemiole



BASIS hemiole

¶ Etſi multe ſint alie proportionum ſpecies, quas in harmonico concen
tu muſici obſeruant, has tamen omnes breuitatis ſtudio preterire ſtatui,
ne puerorum, quibus hic liber dicatus eſt, ingenia impedire magis ꝙ iu
uare videar, Tum propter illarum difficultatem proportionũ, Tũ prop-
Hieronimꝰ. ter tenuitatem puerilium ingeniorum. Grandes enim materias, parua nõ
ferunt ingenia. Dent igitur veniam docti, quoniam ieiunis, non delicatis
ſcriptitatum eſt, Diuina tamen fauente clementia omnia, que nũc vel bre-
uitatis, vel alterius rei cauſa neglecta ſunt, olĩ maiore diligentia, maiore
cura, maiore deniꝗ rerum intuitu, in volumine quodam grandiori elabo
rata videbuntur, Sed queſo interea ijs paruis ſtudioſi ſe exercitent ado-
leſcentes, vt quum ad maiora gradiendum ſit, idonei inueniantur.

Finit liber Secundus.
Sequitur Tertius.

Perſpicacis Ingenij Uiro Philippo Suro Myltenburgen-
ſi, bonarum diſciplinarum Magiſtro, Muſico argu-
tiſſimo Sacelli Palatini principis, ac Ba-
uarie ducis moderatori precipuo,
Andreas Ornitopar-
chus Meynin-
genſis.
Sa.

QUm homo digniſſima creaturarum, animal deiforme, manſuetum natura, ſtatura erectum, prouidū, ſagax, memor, acutum, ſecundum rationem legis ac diſcipline ſuſceptibile, ceteris inſenſatis animantibus prelatum, ac duobus potiſſimis, ſermone ſcilicet ac ratione, conditoris ſui beneficio decoratū exiſtat, Philippe chariſſime, Ipſius ignorantia tanto eſt turpior, quanto ipſis homo beſtijs exiſtit dignior. Que cū alijs turpis ſit, Clericis turpiſſima eſt. Quorum vite ad hoc ordinata eſt conditio, vt ceteris bene viuendo morū, doctrine, ac probitatis prebeant exemplum, fidei feruorem in populo augeat. Et quod potiſſimum eorum eſt officium, hymnis et canticis deum laudādo, deuotionem in fidelium cordibus excitent. Quemadmodum enim militaris diſciplina, imperatorum decus exiſtit, ita ſacerdotum ac clericorū omniū concinentia. Cuius tanta eſt dignitas, reuerentia, atq; maieſtas, vt omnia diuina officia, non niſi per eam ordinantur, regantur, compleantur. Sed vtinam bene, nam hac noſtra tempeſtate, prochpudor, inter multos vix pauci reperiuntur artis huius periti, qui, ad que ordinati ſunt officia, rite ac rationabiliter perficiunt. Quod an fortune, que ſepe promouet indignos, an prelatorum incurie aſcribendum ſit, neſcio. Nam ij ſepius, et ſi in alijs parum ſapiant, ab ipſa modulationis diſciplina, quā ex patrum decreto ſcire tenentur, penitus ſunt alieni. Quare retruſis doctis, quos vt cenſores timent, ſimiles ſibi ceremonijs perficiunt, prebendis onerant, dignitatibus cumulāt. Quofit, vt alij ere, dolo, fraude, alij munere, alij fauore, alij alijs citra canonicam conſtitutionem vijs, ad eccleſiaſticas dignitates promoti, nō ſe eccleſie: ſed eccleſiam ſibi ſeruire credunt. In choro ſtantes, aut vt aſini ad lyram oīno obmuteſcunt. aut abſq; lege, modo, ratione, velut boues vlulando, concinnem cantū confundunt, fideles a deuotione impediunt, in riſum et cachinnationem male canendo prouocantes, Et ſic ex oratorio ſpeluncā faciunt Theatralē, dū cōcinentie diſcipli-

Imperatorū decus

nam, aut non didicerunt, aut, quia forte magni domini ſunt, diſcere eru-
beſcunt. Et hos tales Commentator Chriſtiane religionis, licet emulus,
Commentator. hic verbis increpat dicens. Ue vobis hominibus qui de numero beſtiarū
computati eſtis, Bonum quod in vobis eſt non cognoſcentes, propter qđ
ad ſuperiora aſcenditis, et deo ſimiles eſtis. Sed que ſunt hec bona, que
nos deo ſimiles faciūt, Niſi eccleſiaſtici gradus ac ſacerdotij dignitas, que
Propheta omnem terrenam tranſilit dignitatem. Sacerdos enim, et regibus eſt cel-
ſior, et angelis ſanctior. Quare propheta Pſalmo. 81. ipſis loquitur dicēs.
Ego dixi dij eſtis, et filij excelſi omnes. Sed id gratia adoptāte, non na-
tura generante apud diuum Auguſtinum conceditur. Beſtijs autem con-
numerantur illi, dum neglecta ratione, qua cū angelis participamus, ſen-
ſualitatem, que nos beſtijs ſimillimos efficit, ſequuntur. Os ſuum, ad dei
laudem non apperientes, Quibus et iſtud propheticum rite congruit, Os
habēt et non loquētur, neq; clamabunt ī gutture ſuo. Inſuper cū populus
beatus dicatur, qui ſcit iubilationem. Conſtat tales a beatitudine longe
alienos eſſe. Quoniam vt de iubilatione ac cantu ſileam, Uix quidē lege-
rē poſſunt Sed vt ipſe verum fatear, facilius legendo, ꝙ̄ cantando, erro-
res incurrimus, quia cum alijs canimus, ſoli autem legimus. Quod cum
attenderem, Uir humaniſſime, vt ſtudioſos et hac in re iuuarem, Poſt cō-
centum, quem ſuperioribus duobus libris enodauimus: Accentum eccle-
ſiaſticum adire libuit. Rem ſane difficilem: Tum ꝙ et grammaticum re-
quirat et muſicum, Tum ꝙ vſu potius ꝙ̄ ſcripto habeatur. Antea enī aut
nulli: aut admodum pauci eccleſiaſticum accētum tractauere. Ob id cum
difficultate raritas: opꝰ aliquandiu: ne in lucē ederet: īpediuit: Editū au-
tem iam atq; perfectum: tue mando fidei: tue cure: tueq; ſubijcio cenſure:
Ut pro iudicio ſtetq; cadetq; tuo. Orans quatenus et a mendis eruas: et
ab emulorum incurſu defendas. Quoniam potis es: doctus es: pius es:
Et preter cetera nature dona habes in dicendo elegantiam: in dictando
venam ſuauitate ſcaturientem: in cantu: quo ceteris tuis commilitonibus
preſtas: cum gratia peritiam: in peregrinos: vt ipſe: dum coepulo tuus eſ-
ſem: expertuſſum: cum hoſpitalitate libertatem. Quo fit: vt omnes Budo
Bodorinum gymnaſiū. rini gymnaſij: quam Heydelbergam nominant: magiſtri: te vnice diligāt:
colant: venerentur. Uale felix vir preſtantiſſime: et Andream tuū ab inui-
dorum liuore: redime: protege: defende.

Muſice Ornithoparchiane Liber Tertius eccleſiaſticum declarans Accentum.

¶ Argumentum Magiſtri Cotheri In librum Tertium.

Tertius accētus: vt erunt ex arte tenendi:
Pandit: vt ex ipſo rite legenda legas.

Caput Primum de laude Accentus.

MAgnam habet cum concentu accentus affinitatem: fraterna namqꝫ cognatione coherent. Sonꝰ namqꝫ eccleſiaſtice harmonie rex: amborum pater: Alterum ex Grammatica: alterum ex muſica nympha progenuit. Quos cum vidiſſet pater, pariter et corporis: et ingenij dotibus pollere: alterumqꝫ alteri: in omni genere ſcibili non inferiorem eſſe: ſibiqꝫ (quia grandeuus erat) mortem in dies imminere: cogitare cepit: vtrum eorū regno ſuo preficeret, nunc hūc: nunc illum intuens: vtriuſqꝫ mores contemplabatur. Erat enim accentꝰ maior natu Grauis: facundus: ſed ſeuerus: Ideo populo parum dilectus: Concentus autem hylaris: iucundus: amabilis: omnibus gratioſus: magis amari q̄ timeri ſtuduit: Quare omnium animos: facile ſibi concilauit. Quod cum notaſſet pater: plus et plus indies angebatur: quē e duobus regem conſecraret. Accentus enim frugalior: alter vero populo dilectior erat. Statuto igitur die, vocatis regni principibꝰ: Quales ſunt cantores, Poete: oratores: philoſophi morales: preterea diuinorum rectores: qui in eccleſiaſtico regno: primum poſt regem locum tenebant. His coram Sonus rex: eiuſmodi orationem habuiſſe dicitur: Proceres mei: varia militie pericula: terra mariqꝫ experti: dum me duce victritia ſigna: per vniuerſum orbem tuliſtis. Ecce orbis paret immenſus: hoſtis nullus: omnia vobis ſecunda ſunt. Soli mihi mors accedit: vita recedit: corpus debilitatū laboribus: animus curis conſumptus: Nihil mihi: niſi vt q̄ primum mortem experiar: expectandum. Quare ſtatui vnū e duobus: quos genui: filijs: quem cōmuni conſilio elegeritis: vobis regē cōſtituere: qui vos: qui regnum hoc veſtro ſanguine partum ab iniuria: et hoſtium incurſione defendat. His dictis: proceres conſultare: atqꝫ turmatim de communi ſalute tractare: diſſentientes tamen: alij aliū ſibi regē poſtulare. Oratores enī et poete accentum: Cantores vero et morales: Concentum regem poſtulabant. Rectores autem diuinorū: apud quos iura regni erant: altius ſpeculati: neutrū reijciendū: ſed regnum illis diuidendū ſanxerunt. Quorum ſententia: et apud regem preualuit. Diuiſum eſt regnum. Ita vt Concentus omniū cantabilium: vt ſunt Hymni: Sequentie: Antiphone: Reſpon ſponſoria: Introitus: Tropi et huiuſmodi. Accētus vero eorū que legūt: vt ſunt Euangelia: Lectiones: Epiſtole: Orationes: Prophetie: dux atqꝫ moderator exiſteret. Neqꝫ enim ſine Cōcentu: neqꝫ ſine Accentu: eccleſiaſtici regni: rite peraguntur officia. His partes cōpoſite cū regibus ſuis abierunt. Et non mō Concentū: verū et Accentū: ab omnibus eccleſiaſticis perſonis reuerendū concluſerunt. Quā rem Sanctiſſimus in Chriſto pater: ac dn̄s: dn̄s Leo papa decimus: et diuus Maximlianus Romanorum imperator glorioſiſſimus: Ambo dij terreni: Ambo Chriſtiane republi-

Cantores Poete Orato. phi morales Pōtifices

Leo. x Maxīmilianus.

ce culmina, Ambo bonarum diſciplinarum ac precipue Muſice artis precipua luminaria, generali patrum ac principum conſenſu approbarunt, priuilegijs dotarunt, atque omnes contradicentes, tanquam leſe maieſtatis reos, hic corpore, anima ille damnarunt. Hinc ego, attento quod multi ſacerdotes (quod doctorum pace dixerim) tam ſcrupuloſe, tam monſtroſe, adeo mendoſe, legenda legant, vt non ſolum fideles a deuotione impediant, Uerum et in riſum, et cachinnationes male legendo inducant. Statui poſt Concentum omnem de accentu, quantum muſici eſt, nodoſitatem, regulis perſtringere, vt vna cum Concentu. Accentus tanquam verus heres in hoc eccleſiaſtico regno habeatur. Et laus ſummi, cui honor debetur, cui reuenerentia, rite peficiatur,

Caput ſecundum de diffinitione ac diuiſione Accentus.

Iſidorus


VNde Accentus, vt Iſidorus lib. 1. ethi. ca. 17. ſcribit. Eſt certa lex, ſeu regula, ad eleuandam deprimendamue cuiuſque dictionis ſyllabam. Uel eſt regula locutionis. Inepta enim eſt locutio, que non exornatur accentu. Et dicitur accentus, quaſi ſit ad, id eſt iuxta cantum, ſecundum Iſidorum, vt enim aduerbium verbum, ita accentus concentum determinat. Sed quom preſcripte deſciptiones, grammatico potius, quam muſico accentui conueniant, neceſſarium erit indagare, quo nam pacto eccleſaſticus rite deſcribatur accentus. Eſt gitur accentus, prout eccleſiaſticis competit, Melodia quarumlibet dictionum ſyllabas, iuxta accentus ſui naturalis exigentiam, regulate pronuntians.

De diuiſione Accentus.

¶ Eſt autem accentus Tripartitus, Priſciano et Iſidoro teſtibus, Grauis ſcilicet, acutus, et circumflexus. Grauis eſt, quo ſyllaba deprimitur. Sed muſice loquendo. Eſt finalium dictionum, ſecundum eccleſie ritum, regulata depreſſio. Cuius due ſunt ſpecies, Una que dictionem finalem vel quamlibet eius ſyllabam deprimit per quintam. Et hec proprio vocabulo Grauis dicitur. Alia, que dictionem finalem, vel ſyllabam eius, non per quintam ſed tertiam tantum grauat. Que a muſicis accentus vocatur medius Nec ſuccenſeant Grammatiſte, ſi ſuis legibus contrarium quid hic offenderint, Quoniam non grammaticum, quem Priſcianus et alij abunde tractauerunt. Sed eccleſiaſticum tractare tentabimus accentum, vt in ſequenti exemplo licet videre.


Priſcianus. Iſidorus.

Grammatiſte.



Medius Grauis
Parce mihi dn̄e Nihil enim ſunt dies mei

¶ Acutus accentus grammatice, Eſt quo ſyllaba eleuatur. Sed muſice, eſt finalium dictionum, ſyllabarum ve ſecundum eccleſie ritum, regulata eleuatio. Cuius pariter due ſpecies reperiuntur. Una que ſyllabam, vel dictionem finalem reducit ad locum ſui deſcenſus, retinens acuti nomen Alia que non ad priorem ſui deſcenſus locum, ſed in proximam ſecundam infra, ſyllabam leuat Qui et moderatus appellatur, eo ꝙ moderate ſyllabam ducat in altum, vt in ſubſcripto claret exemplo.



Moderatus Acutus
Illuminare hieruſalem. quia gloria domini ſuper te orta eſt

¶ Circumflexus eſt quo ſyllaba eleuata deprimit̄, Eſt enī teſte Iſidoro, contrarius acuto circumflexus, ab acuto nanq̄ incipit et in grauem deſinit. Eccleſiaſticis incognitus. Cenobite tamen, et potiſſimum Ciſtercienſis ordinis, Circuflexum habent accentum, Ut apud veterem cellam eiuſdem ordinis regale Cenobium expertuſſum. In quo vno, que vere religionis ſunt, inuenio ornamenta, diſciplinam, obedientiam, obſeruantiam, vitam regularem, et, ſine qua monaſteria tartara ſunt, charitatem, bybliothecam preclariſſimam, Cellam pigmentariam precioſam, patrū multitudinem et piam et deuotam, illuminatiſſimorum virorum turbam copioſā, Artiū magiſtros duodecim, Sacre Theologie Baccalaureos tres. Domio Martino de Lochen Abbate, Sacre pagine eximio doctore. Ac domino Michaele Geitano priore eiuſdem pagine baccalaureo, rem ita adminiſtrantibus, vt et facultatum, et bonarum diſciplinarum copia, apd̄ eos inueniatur, Nec inter ceteros artium diuerſarum profeſſores deſunt muſici. Nec preter planum cantū, quem regulatiſſimum habent, menſuralem aſpernantur. Quippe Domininus prior imprimis. deinde frater Michael Galliculus vtriſq̄ muſice ſtudioſiſſimi ſunt. Quorum alter organice, alter harmonice muſice tantā peritiam aſſecutus eſt, vt ſummis muſice principibus cōnumerari nō immerito poſſint. Tranſeo alios pleroſq̄, qui non minus menſuraliter, q̄ ſi a cunabulis in ſacellis principiū vixiſſet, canūt. Tranſeo deniq̄ precioſiſſimum cantilenarum theſaurū, quem tantum habent vt nec principi cuiq̄ cedant. Ualeant nunc qui muſicen reli-

Iſidorus


Vetus Cella et laus eius.

Cantus honeſtū Cenobitarū ſolatium.

gioſis interdicunt. Qui preter cantum: ſolatium nec vllum habere poſſunt ſalubrius: nec honeſtius: Dum enim ſolatioſe canitur: omnis ſolicitudo prauarum cogitationū: preterea oblocutio: detractio: crapula inſuper et ebrietas deuitatur. Cantus igitur tum planus tum menſuralis decet religioſiſſimos quoſq;: vt et laudes deo decantare: ac ſeipſos: ſolatīj tempore exhylarare valeant, Sed dimiſſis ījs: ad materiam vnde digreſſi ſumꝰ: reuertamur: atq; de circumflexo accentu ſolicitos ad fratrem Michaelem galliculum prenominatum remittimus. Qui rem tanta breuitate expreſſit, vt alterius elucidatione non egeat.

Caput tertium: generales regulas accentus depromens.

Q Uom a facilioribus: ad difficiliora innatus ſit nobis proceſſus: Primum igitur generales accentuationis regulas: et ſubinde ſpeciales congruo ordine placuit enodare. ¶ Prima: Omnis dictio monoſyllaba: indeclinabilis vel barbara: acutū erigit accentum: vt Aſtarot: Senacherib: me: te: ſum. ¶ Secunda: Dictiōes grece et hebree in latinis terminationibus latinum retinent accentū: vt Parthenopolis: Nazarenus, hieroſolima. ¶ Tertia Dictiones grece et hebree, latinam inflexionem non habentes, acuūtur, vt Cryſon, Argyrion, Effraym, hieruſalem. ¶ Quarta Grauis accentus in fine complete ſententie, acutus pariter. Moderatus autem, ac medius, non niſi in fine incomplete ſententie proferuntur. ¶ Quinta. Grauis accentus non debet repeti nullo alio interueniente, niſi oratio adeo breuis exiſtat, vt alius interuenire non poſſit, vt hic.




Factū eſt veſpere et mane dies ſecundus Dixit quoq; deus


Caput quartum de regulis ſpecialibus.

Ariſt.


P Rima: Dictio monoſyllaba, indeclinabilis, barbara, vel hebrea: quas acuto accentu proferendas diximus, aut ponitur in fine complete ſententie: ſic acuitur, aut incomplete, et ſic moderatur. hinc excipiuntur Encletice coniunctiones, que grauantur, vt ſic




¶ Secunda, Prima diſſyllabe dictionis, ſemper accentum recipit, ſiue breuis, ſiue longa ſit, hoc modo.



¶ Tertia, Dictio poliſyllaba in fine oratiõis poſita, aut habet penultimã longam, aut breuem. Si longam, accentus cadit in eam. Si breuem, tunc ante penultima accentum recipiet.



¶ Quarta, Oratio interrogatoria, ſiue habeat in fine dictionem monoſyllabam ſiue diſſyllabam, ſiue poliſyllabam, accẽtus ſemper cadit ſuper vltimam eius, et illa debet acui. Signa autem queſitiue oratiõis ſunt, quis, que, quod cum natis, Cur, quare, quando, quamobrem, quomodo, qualiter, quorſum, quouſq;, quoad, Quo, qua, vnde, vbi. Cui⁹ cuia cuiũ. Utrũ, an, ne, nonne, nunquid. Et ſimiles.




¶ His iunguntur verba queſitiua, vt quero, interrogo, rogo, poſtulo, inueſtigo. Scrutor, inſuper audio, video, et ſimilia.

Caput quintum de Punctis.

Quoniã eccleſiaſticus accentus, plerumq; punctis cognoſcitur, neceſſariũ videtur, quorundam, noſtro propoſito ſeruientium, punctorum naturã regulis aperire. ¶ Prima Punctus quem Uirgulam nominant, ſi inter plures dictiones, eiuſdem partis orationis locať eas diſtincte legendas deſignat. ¶ Scďa Geminus pũ-

ctus, vel punctus preſciſe ad medium lateris dextri locatus, medium ſignat accentum, qui per tertiam deſcendit. ¶ Tertia, Punctus in fine alicuius orationis vltra medium aliquantulum eleuatus, accentum, aut acutum, aut moderatum ſecundum ſententie tenorē repreſentat. ¶ Quarta, punctus vltra dictionis medium aliquantulum depreſſus, grauis accentus exiſtit indicium. ¶ Sexta, Punctus interrogatorius qui ſic formaſ ⁝ alicubi locorum repertus, vltimam ſyllabam dictionis, cui iungitur, acuto accentu proferendam demonſtrat. Quorum omnium euidentia, ſequenti eluceſcit exemplo.




Caput ſextum de accentu epiſtolarum.

¶ Epiſtolarum accentus totalis, diuerſificatur, ſecūdum dioceſium ac religionum diuerſitatem. Partialis tamen idem eſt apud omnes; quoniam ex ſyllabarum quantitatibus procedit, vt ex infraſcriptis regulis declarat

¶ Prima. Omnis et epiſtolarum et euangeliorum accentus, ex finalium dictionum ſyllabis, ac earundem numero comprehenduntur.


¶ Secunda. Quando in fine orationis dictio monoſyllaba collocatur. Accentus variatur ſecundum precedentium dictionum varietatem.

¶ Tertia, Si monoſyllabam finalem precedit alia monoſillaba, et ipſam tertia, prima venit eleuanda, hoc modo.



¶ Quo autem Pacto Cenobitarum more accentus ille diſtinguatur, frater Michael Muris Galliculus in Tractatu ſuo. quem de hac re ſcripſit. et vere et perite non ſine magna laude ſua diſcuſſit. Michael. Muri


¶ Quarta, Si monoſyllabam finalem precedit diſſyllaba, prima eius eſt eleuanda, ſiue ſit longa, ſiue breuis, vt ſic.



¶ Quinta, Si monoſyllabam finalem, triſyllaba preceſſerit, Tunc ſi penultimam longam habuerit eleuetur. Sin autem breuem, accentus in antepenultimam tranſferatur.




¶ Sexta, Si in fine orationis diſſillaba locat, tunc penultima precedentis dictiōis debet eleuari, ſi loga ſit. Sed ſi breuis, antepenultima, hoc modo




Et dixit mihi Et in plenitudine ſanctorum deten tio mea

¶ Septima, Si in fine orationis Triſyllaba poſita fuerit, et eam precedit monoſyllaba, tunc illa eſt eleuanda. Sin autem diſſyllaba, eleuetur prima illius, ſiue longa, ſiue breuis ſit. Or ſi Triſſyllabam triſſyllaba preceſſerit, ea penultimã eleuat, ſi ſit longa Or ſi breuis, eleuatio in antepenultimam illius transferatur, vt ſic.




Tu ſcis omnia Nonne dixit dñs Cantantes de de o gloriã



At illi dixerunt domino Nouit omnia dominus


¶ Octaua, Si in fine orationis ponitur dictio plurium ſyllabarum q̃ trium, tunc prima eius debet eleuari, ſi longa ſit. Sin autem breuis, accentus cadit in precedentem dictionem, hoc quo ſequitur modo.



Dixit dñs omnipotens In tẽplo Solomonis ſunt aurei parietes

Caput ſeptimum de accentu Euangeliorum.

Euangeliorum accentꝰ totalis, alius eſt in alia dioceſi, ac religione. Partialis tamen qui vnus eſt apud omnes infraſcriptis regulis notificatur. ¶ Prima, Si oratio terminata fuerit in dictionem monoſyllabam, et illam precedit alia, et ipſam tertia, Accentus a prima recipitur hoc modo.




Surrexit non eſt hic


¶ Secunda, ſi monoſyllabã finalem diſſyllaba preceſſerit. Prima eius accentum recipit, ſiue longa fuerit, ſiue breuis, hoc modo.




¶ Tertia, Si monoſillabam finalem, poliſyllaba precedit, accentus cadit in antepenultimam illius, ſi lõga ſit. Sin autem breuis antepenultima accentum recipiet.




¶ Quarta. Si oratio teminatur in diſſillabam, penultima precedentis dictionis eleuetur, ſi lõga ſit, Or ſi correpta fuerit, antepenultima, hoc modo



¶ Quinta. Si oratio in triſſyllabam deſierit, habentem penultimam longam, Tunc accentus cadit ſuper vltimam precedentis dictionis. Qꝫ ſi breuis fuerit, penultima illius accentum recipiet, hoc modo.



¶ Sexta, Si finalis dictio oratõis, pluriũ ſyllabarũ ꝙ triũ extiterit, accentus cadit in primã illius, ſi lõga ſit, ſed ſi breuis, vltima precedẽtis eleuet.



De accentu Prophetiarum.

¶ Prophetiarum accentuandi duplex eſt modus. Quedam enim epiſtolarum more leguntur, Quemadmodum diebus feſtiuitatum diue virginis, Ephiphanie, natiuitatis dñi, ⁊ ſiles, Et ille epiſtalarũ retinẽt accẽtũ. Quedam vero more matutinalium lectionũ decantantur, vt in nocte Chriſti, et in Jeiunijs quattuor tempoꝝ, et he accentum retinet illarum lectio⸗

Mag- num. Sed nec latere vos volo, ꝙ in accentuatione plerūqꝫ mos ac ritus
debur- patrie ſeruatur et loci, Sicuti in maiori eccleſia Magdeburgenſi, Tu au-
gen. tem domie, media producta legitur, ex cõſuetudine illius eccleſie, vbi alie
eccle- nationes mediam corripiunt ex regula. Dent igitur veniam lectores, Si
ſie. aliquando dioceſi, in qua ſunt, ſcripta etiam noſtra aliquo modo contraire
Pan- videbuntur. Quod licet in paucis fiat, in plurimis tamē concordiam habe-
no. bunt. Experientia etenim ductus, non preceptis, vt librum hunc in lucem
Sar- ederem. Et ſi citra iactantiam loqui ꝓbas ſit, eius rei cauſa, varias mundi
ma. regiones, et in ijs varias eccleſias, tam Metropolitanas ꝗ̃ Cathedrales,
Boe- non ſine graui iactura rerum omniū cõſpeximꝰ, vt poſteritati prodeſſemꝰ.
mia. In qua peregrinatione noſtra, quinqꝫ regna Pannonie, Sarmatie, Boe-
Dacia mie, Datie, ac vtriuſqꝫ Germanie, Dioceſes ſexagita tres, Urbes ter cen-
Ger- tum quadragita, populorum ac diuerſarum hominum mores pene infini-
ma. tos vidimus, Maria duo, Balticum ſcilicet atqꝫ Oceanum magnum, na-
Mare balti- uigamus, non vt merces arctoi ſideris, ſed palladios fructus cumulare-
cum mus. Que omnia dixiſſe volo, Ut experientia potius ꝗ̃ preceptis, hunc de
Mare mag- num. eccleſiaſtico accentu librum in lucē prodijſſe, ſtudioſi Lectores cognoſcant

Explicit liber Tertius. Sequitur Quartus.

Spectabili, necnon Induſtrio Uiro Magiſtro Arnoldo Schlick
Muſico cõſumatiſſimo, ac Palatini Principis Organi-
ſte probatiſſimo. Andreas Ornitoparchus
Meyningenſis, Salutem.

c Um intellectus noſter in ortꝰ ſui principio, nudus atqꝫ informis
exiſtat, nec preter informandi poſſibilitatē, in ſe habeat quicquā,
Arnolde chariſſime, Multi dubitauere, cur ſummus ille rerum
opifex deus, homini, non vt pleriſqꝫ inſenſatis animantibus, a
natura ſcientiam indiderit, Alijs enim nendi, alijs mellificandi, quibuſdā
texendi, atqꝫ alijs aliam artem fecit connaturalem, hominem autē nudū,
Pliniꝰ inermem, ignauum, ſine arte, ſine armis, ſine tegumento, ipſo natali die
abijcit ad vagitus ſtatim et ploratus, riſuſqꝫ ante quadrageſimum diem
nulli datur, vt Plinius in prologo ſeptimi hiſtorie naturalis ſcribit. Nun-
quid igitur homo beſtijs inferior erit? Abſit. Nam iſta hominis nuditas,
non ignobilitatem, ſed preſtantiam eius arguit, Quoniam intus exiſtens
prohibet extraneum, hinc videmus ea, quibus, artes connate ſunt,
Ariſt. animalia, preter eam nihil poſſe, quam habent corriuatam. Homo autem
omnibus caret, vt ad omnes idoneus ſit. Quod naturale ſciendi deſyderi-
um in eo declarat, Eſt etenim omnibus nobis, ita naturaliter inſitus ſcien-
tiarum appetitus, vt nullus tam ſapiens, nullus tam inſipiens, nullus tam

equus, nullus tam iniquus reperiatur, interrogatus an hanc, vel illam artem ſcire vellet, quin vellem reſpondeat. Ab omnibus etenim artes appetuntur licet non emantur, ab omnibus laudantur, non inueſtigantur. Ab omnibus diliguntur, non diſcuntur. Quoniam obſunt pigritia, voluptas, inordinatus modus docendi atq; egeſtas. At licet quarumlibet artium cōnatus nobis ſit appetitus, pre omnibus tamen alijs concinendi diſciplinā et appetimus et diligimus. Ipſa nanq; cunctas res viuentes allicit iucunditate, trahit vtilitate, vincit neceſſitate. Cuius partes et ſi omnes ſacre, ac prope diuine exiſtant. Ea tamen, quam contrapunctum nomināt, alijs longe dulcior eſt, dignior eſt, preſtantior eſt. Quoniam aliarum domiciliū eſt omnium. Non q cunctas in ſe muſice difficultates contineat, Sed q in ſuo effectu, doctum, perfectum, atq; conſumatum muſicum requirat. Merito igitur deſciſſis alijs, ne et in hac vna noſtrum claudicet opuſculum, loco poſtremo Contrapunctum (tanquam in quo omnia muſice ſecreta reponūtur Gazophilatium) ſtudioſis enodare curauimus, Non vt omnes, niſi quis natura fauet, condāt, ſed vt ab alijs cōdita, bona ſint nec ne, dijudicare valeant. Ualidi enim carminis conſtitutio, vt ipſe optime noſti, nō tyronum, ſed emeritorum militum eſt opus, ⁊ nō omnium, ſed eorum dūtaxat (quoniam poete naſcimur) quos natura trahit ac allicit. Qui poterint igitur noſtris ſcriptis condant, qui nō, quo poterint eant. Sed ne plꝰ equo digrediar, Uir preſtantiſſime, Contrapuncti normas, ſparſim pro cōmuni ſtudioſorum fructu, hinc et hinc collectas, in hunc poſtremo comportaui librum. Quem tibi trutinendum offero, tuo examini ſubijcio, arbitrio tuo ſubmitto. Ut te cenſore criſpantes emulorum naſos intrepide queat adire. Nam a tua ſententia nemo in Muſica ꝓuocabit vnquā. Quoniam te in hac re nec quiſquā doctior exiſtit, nec acutior, qui preter viſum cetera habes omnia, prudentiā, eloquentiam, manſuetudinē, ingenij perſpicacitatem mirandam, in omni muſico genere, prope diuinam induſtriam, plurimarum inſuper artium peritiam. Corporea cares lampade, fulget lux aurea mente, extra nec quicquā cernis, intra te omnia conſpicis. Deeſt oculorum claritas, ingenij adeſt miranda perſpicacitas, deficit viſus: viget intellectus Egens es oculo, locuples ingenio, Uiſiue virtutis defectum, nobile ſupplet ingenium. Quare nō ſolum a tuis principibus, quos habes gratioſiſſimos, amaris, Uerum vt Orpheus et Amphion, ab omnibus predicaris. Uale Muſice decus et delitie, et Andream tuum a Zoilis et Therſitis protege ac defende.

Pigritia Volup. Inordi. docendi modus. Egestas

Muſice Ornitoparchiane. Liber Quartus Contrapuncti principia elucidans.

¶ Argumentum Magiſtri Cotheri In librum Quartum.
Sed contrapuncti poſtremus continet Artem:
Scita hac compones, que libet ipſe tibi.

Caput Primum de diffinitione: diuiſione: ac nominum contrapuncti differẽtia


Nicomachus.

REfert Nicomachus Muſicus, Canendi diſciplinam, adeo ſimplicem fuiſſe primitus, vt ſolo Tetracordo cõſiſteret. Nec plus aſſa, id eſt ſola voce (aſſum enim ſolum dixerunt veteres Unde et aſſa vox nominatur ore prolata, nõ admixtis alijs muſicis concentibus, qua maiorum laudes cantabantur, Scribit philippus Beroaldus Apuleiani Commentarij lib. x) ac eadem ſimpliciter, et abſq; vllo modulaminis lepore prolata, perficeretur. Uarijs tamen ſubinde auctoribus, in Tetracorda quattuor, quindecim chordis contexta, excreuit. Quibus quintum et ſextum, atq; ijs plura poſteritas ſuperduxit. Ita vt non vna voce tantum, ſed quattuor. 5. 6. 8. et interdum pluribus, hac noſtra tempeſtate vocibus, cãtilena procedat. Nam Ioannem Okeken mutetũ. 36. vocum compoſuiſſe cõſtat. Que autem id effecit induſtria. Contrapunctus a muſicis appellatur. Eſt enim contrapunctus in genere nihil aliud, q̃ peritia variarum cantilene partium inuentiua, Uel eſt parens modulationum, vl' vt Franchinus lib. 3. ca. 1. ſcribit. Eſt ars flectẽdi cantabiles ſonos, proportionabili dimenſione, ac temporis menſura. Ut enim lutum in manibus figuli. Ita conſtitutio cantilene in manu conſtituentis eſt muſici. Quare pleriq; non contrapunctum, ſed compoſitionẽ, hanc artem nominare conſueuerunt. Talem de nominibus differentiam aſſignantes, Compoſitionem diuerſarum harmonie partium, per diſcretas concordãtias in vnum collectionem dicentes, Eſt enim componere, diuerſas harmonie parteis diſcretis concordantijs in vnum colligere. Contrapunct⁹ vero eſt plani cantus diuerſis melodijs, ſubita ac improuiſa, ex ſorte ordinatio, Unde ſortiſare, eſt planum cantum, certis conſonantijs, ex improuiſo ordinare. Dicitur autem Contrapunctus, anctore Bacheo, quaſi contrapoſitis vocibus, concors concentus, arte probatus.

Philipp. Beroal. — Ioannes. Okeken. — Franchin⁹ — Baccheus.


De contrapuncti diuiſione.

¶ Cõtrapunctus duplex: Simplex ſcilicet et Coloratus inuenitur. Simplex Eſt plurium cantilene partium per notas ſpecie ſibi ſimiles, concors ordinatio. Ut quum choralis contra Choralem: breuis cõtra breuem: ſimpliciter ordinatur. hoc modo.



Diſcantus Tenor Altus Baſis

Coloratus autem contrapunctus: Eſt plurium cantilene partium: diſcretis concordantijs ac diuerſis figuris conſtitutio hoc q̄ ſequitur modo.



Cantus Tenor Altus Baſis

Caput Secundum de conſonantijs ac diſſonantijs.

Cum Concordantia ſecundū Boetiū: ſit rata duarū vel pluriū permixtio vocū: et vox nec abſq; ſono: nec ſonus abſq; pulſu: nec pulſus ſine motu fieri poſſit: motū ſecare neceſſe eſt. Motuum igitᷣ alij equales alij inequales ſūt. Et rurſū inequaliū alij plus: alij minus inequales: alij mediocriter. Ex motuum autem equalitate equales ſonos fieri: et ex inequalibus: inequales conūat. Et quidem ex mediocri inequalitate ſonos conſonos: ex omnino autem a ſe diſtantibus diſſonos procreari. Hinc eſt quare Pythagorici vltra Biſdiapaſon: vt et ſuperius lib. I. ca. 5. claruit: nullā conſonantiā: ob nimiā extremorū diſtantiam: cōſiſtere poſſe concluſerunt. Quanto igitur ſoni propinquiores: tanto ſuauiores exiſtunt: et quo diſtant amplius: in eo conſonant minus. Nō (Qm̄ Coſonantia duorū ſonorum mixtura ſit: vniformiter auribus incidēs) ex īequali taliū ſonorū ī aures incidētia euenire potiſſimū argumentor. Soni enim acuti celerius q̄ graues audiuntur. Queadmodū mucro faſtigiatus momento penetrat: Quod vero hebetius eſt retuſiuſue nō ita: ſed cum mora et ſegniter: Similiter: vibrata vox audita: peruellit ac fodicat: Grauis obtūdit: veluti trudendo: Scribit Celius lib. 10 ca. 53. Celiꝰ

De Vocibus.

Quoniā ſimilitudo vocū conſonantiā nō parit: ſed diſſimilitudo. Vocū igitur alie vniſone dicuntur: alie non Uniſone ſunt: quarum vnus eſt ſo-

nus. Non vniſone vero quarum vna grauior, altera acutior eſt. Non vniſonarum, alie equiſone, alie conſone, alie Emmeles, alie diſſone. Equiſone ſunt, que ſimul pulſe, vnum ex duobus ſonum efficiunt, vt Diapaſon et Biſdiapaſon. Conſone, que compoſitum ſeu permixtum ſonū reddunt, Diapente et Diapaſon diapente: Emmeles ſunt, que cum conſone nō ſint. conſonis tamen proxime aſſiſtunt. Ut ille que tertias, ſextas, vel alias imperfectas concordantias ſonant. Diſſone vero ſunt quarū ſoni impermixti inſuauiter ſenſum feriunt.

Quid ſit Concordantia.

¶ Ex predictis claret conſonantiam, quam alio nomine concordantiam dicimus, eſſe diſſimilium inter ſe vocum in vnum redactam concordiam. Vel eſt (vt Tinctor ſcribit) diuerſorum mixtura, ſonorum dulciter auribus conueniens. Vel ſecundum Stapulenſem lib. 3. Eſt ſoni acuti grauiſq; mixtura, ſuauiter, vniformiterq; auribus incidens. Quarum apud practicos duodecim in vſu ſeruantur, licet non nulli replicatione predictarū plures habeant.

Tinctor.

Stapulen.

Scilicet	Uniſonus.	8	15	Uniſonum et eundem cauſant ſonum quia fiunt in octauis
	Tertia.	10	17	
	Quinta.	12	19	
	Sexta.	13	20.	

De Diſcordantijs.

Boe. ¶ Diſſonantia, vt inquit Boetius. Eſt duorum ſonorum ſibimet impermixtorum dura atq; aſpera colliſio. Vel, vt Tinctor ait, eſt diuerſorū mixtura, naturaliter aures offendens. Quarum ſunt nouem.

Scilicet.	Secunda	9	16	Unum et eundem cauſant ſonum, quia fiunt in octauis.
	Quarta	11	18	
	Septima	14	21	

Caput tertium de Concordantiarum diuiſione.

Concordantiarum alie ſimplices ſeu primarie, vt Uniſonus, tertia, quinta, et ſexta, Alie replicate ſeu ſecundarie que et equiſone ſunt precedentibus, dupla dimenſione concepte. Octaua nanq; cum vniſono, decima cum tertia, duodecima cum quinta, et tredecima cum ſexta, ſonocoit. Alie triplicate, ſcilicet quindecima, que et vniſono


et octaue ſono equatur. Decimaſeptima que et tertie et decime. Decimanona que quite et duodecime. Uiceſima, que et ſexte et tredecime ſymbolizat ſono, et ſic deinceps. Cōcordātiarum item alie perfecte: alie imperfecte. Perfecte ſunt, que in certis proportionibus radicate, numerorum preſſidio probabiles exiſtunt. Imperfecte vero cū probabiles nō ſint: inter perfectas tamen collocate conſonum efficiunt ſonum. Quarum nomina hic leguntur ſubſcripta.

Perfecte ſūt.	Uniſonus		12		Imperfecte.	3		13	
	Quinta	et.	15			6	et	17	
	Octaua		19			10		20	

¶ Quarum quelibet ſimpliciter ducta, duas tantum voces recipit, licet per commixtionem plures recipiat.

Concordantiarum regule.

¶ Prima, due concordātie perfecte eiuſdem ſpeciei ſe ſequi, non permittuntur, ſed bene diuerſarum. Poteſt tamen octauum ſequi octaua, dummodo diſſimilibus ac contrarijs procedant motibus, Inquit Franchinus lib. 3. ca. 3. ſic.




DISCANTUS TENOR

¶ Secunda, due concordantie imperfecte, vel etiam plures: ſe ſequi ſimul aſcendendo vel deſcendendo permittuntur. ¶ Tertia, Imperfectas concordantias ſemper ſequatur proximior perfecta, puta imperfectam tertiam vniſonus, perfectam quinta, imperfectam ſextam quinta, perfectem octaua: vt Gafforus lib. 3. ca. 3. declarat. ¶ Quarta, Plures eiuſdem ſpeciei ꝑfecte concordantie unmobiles, ſe ſequi permittuntur, mobiles vero non. ¶ Quinta, Minima nota, vel pauſa illius, inter perfectas eiuſdem ſpeciei concordantias mediare non ſufficit, ꝓpter paruum, et quaſi inſenſibilem eius ſonum. licet a pleriſq; contrariū ſit ſeruatum. ¶ Sexta, Contingere poteſt vt minima, vl' ſemiminima, partibus contrarie procedentibus, diſcordantia ſit, huiuſmodi enim diſcordantia latet, nullam auribus inferens leſionem. Cauendum tamen eſt. ne due vel plures ſimul iūgātur. ¶ Septima, Breuis vel ſemibreuis diſcordans, a contrapuncto relegat̄. Sunt tamen qui breuem in quadruplo, et Semibreuem in duplo diminutam admittunt diſcordantem. Gafforus.

Caput quartum: de generalibus contrapuncti preceptis.

REgula prima. Cupiens componere quicpiam: primo formet tenorem: vł quãcunqꝫ aliam vocem: ſecundum toni exigentiam ⁊ ſub quo regulatur.

¶ Secunda: Modi inuſitati omni ex parte ſunt vitandi: diſſonant nanqꝫ omnes preter decimas. ¶ Tertia, In concordantijs perfectis, nunquam ponatur vox mollis contra duram, nec ecõtra. Sed aut mollis contra mollem, dura contra duram, aut ſaltem naturalẽ. Naturales nãqꝫ ancipites, et cum ♭ mollibus et cum ♮ duralibus concordabunt, hoc modo



TENOR Baſis non valens Baſis valens.

¶ Quarta, Si tenor in chorali nimis profunde proceſſerit, tranſponatur ad quintam, vel quartam: ſi neceſſitas id efficiat, vt in hymno Quem terra, licet videre.

¶ Quinta: Omnes catilene partes: in principio et fine veteres in concordantijs perfectis poſuere: que lex apud nos arbitraria eſt.

Pythagorici.

¶ Sexta, Una voce ſurſum, vel deorſum gradiente: non eſt opus variare reliquas, quia ĩmobili voci plures conſonantie mobiles poſſunt coaptari.

¶ Septima: In omni cantilena: conſonantie querantur propiquiores: nã que diſtant nimium: diſſonantiam ſapiunt: Tradunt Pythagorici.


¶ Octaua: Tenor vna cũ alijs dulcẽ habeat melodiã: in vagis collatiõib⁹

¶ Nona: Si tenor acutas et excellentes tetigerit: diſcantus poterit deſcendere: ad locum tenoris.

¶ Decima. Si tenor cadendo tetigerit graues: baſſus ſcandat in locum tenoris iuxta concordantiarum exigentiam.


¶ Undecima: Oĩs cantilena: formalibus clauſulis ſepius venit exornãda

¶ Duodecima: Si tenor clauſulam diſcantus habuerit: diſcantus econtra clauſulam tenoris occupabit: clauſulando aut de decima in octauam, aut de tertia in vniſonum: hoc modo.



DISCANTUS TENOR

¶ Tredecima: Si baſſus clauſulam tenoris aſſumpſerit: tenor clauſulam diſcantus habebit. Uel ſi baſſus clauſulam diſcantus tenuerit: tenor ſuam ſeruabit clauſulando: vt in regula precedente oſtenſum eſt: hoc modo.



TENOR BASSUS

¶ Quartadecima: diſcantus raro ſupra tenorem quintam teneat: ſed imperfectas concordantias ſepius.

¶ 15. Baſſus infra tenorem raro vel nunquã locetur in ſexta: niſi mox ſequatur octaua: ſed in perfectis ſepius.

¶ 16. Si baſſus ſextam ſub tenore habuerit: Diſcãtus ponatur in quinta ſupra tenorem clauſulando in tertiam hoc modo.



DISCANTUS TENOR BASSUS

¶ Decimaſeptima: diſcantus raro faciat ſaltum per quintam ſurſum: ſed per ſextam et octauam ſepius. Cui et octaua infra prohibetur: reliquis interuallis omnibus conceſſis.

¶ 18. Baſſus per ſextam ſaltare prohibetur: alioꝝ modos omnes communes habet.


¶ 19. In quartis mi: contra fa, non conſonat: quia cauſat Tritonum.

¶ 20. quarta et ſi ſimpliciter ducta diſſona ſit: coniuncta tamen concordi commixtioni: concordem cum extremis efficit medietatem: inquit Franchinus


Franchinꝰ.

¶ 21. quarta duobus tantum locis in contrapuncto admittitur. Primo quando inter duas octauas clauſa quintam infra habuerit: Quia ſi ſupra quinta ſit: non valet cõſonantia: Ex ea Ariſtotelis (qui Anagnoſtes: ideſt lector infatigabilis a Platone nuncupatur) ratione: qua in problematibꝰ ſonos grauiores diſſonos acutioribꝰ diſſonis magis ſenſibiles eſſe declarat Secundo quando tenor et diſcantus per vnam: aut plures ſextas procedunt: tunc vox que media eſt: quartam ſemper ſub cantu: tertiam vero ſupra tenorem ſeruabit: hoc modo.


Anagnoſtes infatigabilis lector.



UOX ſuprema



UOX media.




UOX infima.

¶ Uiceſima ſecunda, Celeberrimus quidam Contrapuncti modus effici ci ur, Inquit Franchinus, Si baſſus cum diſcantu, vel alia quauis voce per decimam diſtans ſimul gradiatur, tenore concorditer ad vtrunqꝫ com meante, hoc modo.




TENOR huius.



Diſcantus ex Baſe in decimis.

¶ Uiceſima tertia, Si nec eandem conſonantiam iunxeris, duas partes in decimis concordabis.

¶ Viceſimaquarta, Neceſſarium erit artis huius Tyronibus, ſcalam decemlinealem vt forment, formatam cancellis diſtinguant, Ita vt ſingula tempora, ſingulis cancellis, clauibus rite ſignatis, ne confuſa notarum cōmixtione impediātur, inſcribere valeant. Prenſtantius tamē eſt abſq; ſcala condere, quod cum difficile ſit, a ſcala incipiant adoleſcentes, hoc modo



¶ Nec id paruifaciant Tyrones, quo nam pacto ſigna ipſa conferantur, ex quorum inordinata relatione, tot errores in muſica emerſere, vt non facile ſit cognitu, quo nam calle quiſq; tutus incedat. Quo circa ſi ſigno ſignum conferre quis voluerit, diminutionis proportionumq; naturam caute attendat, ne facta relatione huius ad hoc, alterius menſura vel excreſcat vel deficiat.

De cantilene partibus ac clauſulis Caput Quintum.

P Riſce muſice ſimplicitas, varias cantilene parteis neſciuit, quas noſtro euo ſubtilitas expoſcit. Aucto enim toto: augentur et par teis illius. Partes autem quibus nunc muſici vtuntur, plures ſunt ſcilicet Cantus: Tenor, Tenoracutus, Melodia, Concordans, Vagans, Contratenor. Baſis, & ijs plures. Sed quoniā in communi vſu omnes non ſunt: de frequentioribus non nihil dicemus: de rarioribus autem ſuperſedendum duximus.

De Diſcantu.

¶ Diſcantus: vt Tinctor refert. Eſt cantus diuerſis vocibus conſtitutus. Dicitur enim diſcantus, quaſi diuerſus cantus: Quo nomine omnem men Ioan. Tinctor.

ſuralem cantilenam veteres nominabant. Nos autem quoniam diſcantus pars eſt cantilene ab aliis diſcreta: ita deſcribemus. Diſcantꝰ eſt cuiuſlibet cantilene pars ſuprema. Uel eſt harmonia puellari voce modulanda.

De Tenore.

¶ Tenor eſt cuiuſlibet cãtilene vox media. Uel vt Gaffurꝰ lib. 3. ca. 5. ſcribit. Eſt cuiuſlibet cantilene relationis fundamentum: dictus a tenẽdo: eo ꝙ omnium in ſe partium conſonantiam reſpectiue teneat.

De Baritono.

¶ Baſſus ſeu potius Baſis: eſt cuiuſuis cantilene pars infima. Uel eſt harmonia grauiori voce concinenda: qui et Baritonꝰ dicitur a Uari quod eſt graue: u in b mutata: eo ꝙ grauiorem cantilene partem poſſideat.

De Tenore acuto.

¶ Tenor acutus eſt cantilene pars anteſuprema. Uel eſt baritonantis decus: plerumqꝫ enim baſſum decorat: duplam cũ eo conſonantiam faciens. Reliquas partes ſtudioſus quiſqꝫ ſe magiſtro deſcribet,

De clauſulis formalibus.

Tinctor. ¶ Quom omnis cantilena formalibus quibuſdam clauſulis veniat exornanda: Quid clauſula ſit dicemus. Eſt igitur clauſula (vt Tinctor ſcribit) Cantilene particula, in cuiꝰ fine vel quies vel perfectio reperitur. Uel eſt vocum diuerſimode gradientium in conſonantiis perfectus coniunctio.

De clauſulis regule.

¶ Prima: Omnis clauſula tribus conſtat notis vltima: penultima: et anpenultima.

¶ Secunda: Clauſula diſcantus tribus notis conflata: vltimam ſemper habebit ſurſum.

¶ Tertia: Clauſula tenoris tribus etiam conſtat notis vltima ſemper deſcendente.

¶ Quarta: Baritonantis clauſula: vltimam: modo ſupra: modo infra te-


noꝛem requirit. Communiter tamen in octauā infra detrudit. Interdum etiam in quintam ſupꝛa extollit.

¶ Quinta: Tenoꝛis acuti clauſula: vltimā modo eleuat: modo depꝛimit: modo cum alijs in vniſono diſponit: qui cum varijs procedat motibus: eius conſtitutio carminum conditoꝛibus eſt arbitraria.

¶ Sexta: Clauſula diſcantus penultimam ſupꝛa tenoꝛem in ſexta requirit Uel in quinta: ſi baſſus infra ſextam occuparit.


¶ Septima: penultima tenoꝛis ſupꝛa baſſum in quinta rite locat̃: In ſexta quoq; ſi baſſus tenoꝛis et ipſe diſcantus clauſulam aſſumpſerit.

¶ Octaua: Si clauſula tenoꝛis in mi: deſierit: vt in Deutero fit: vel alias: penultima baſſus: non in quinta: ſed tertia infra tenoꝛem locata: in quintā finalem cadat: abſq; diſcantus diſcrimine: vt ſubſcripto cōcentu declarat̃.



TENOR BASIS


¶ Nona: Si clauſula tenoꝛis terminata fuerit in re, vt communiter in pꝛotho, baſſus eleganter de quinta in tertiam ſupꝛa clauſulabit, diſcanto non variato, licet et in octauam cadere poſſit.




TENOR BASIS

¶ Decima, omnis cantilena eo eſt ſuauioꝛ, quo clauſulis foꝛmalibus abundantioꝛ. Tanta enim clauſulis ineſt vis, vt etiam diſſonātias faciat cōſonas perfectiōis grā. Uigilent igitur ſtudioſi, vt in cātilenis ſuis foꝛmales clauſulas ꝙ ſepiſſime ponāt. Quo autem id facilius fiat, clauſularum exercitium ſeu pꝛomptuariū hic duximus apponēdū, vt quas ſtudioſi hic decantant, eas ita in ſuis cantilenis foꝛmandas eſſe credant.


Exercitium clauſularum foꝛmalium ſequitur.


DISCANTVS
TENOR
BASSVS



De ſpecialibus contrapuncti. preceptis. Caput ſextum.

❡ Expeditis ſingulis, que ad cōponendi diſciplinā, in generali neceſſaria viſa ſunt. Nunc eſſentialiter regulis breuiſſimis rem ipſam, vt eſt, apiemꝰ. ❡ Prima Diſpoſito cantu cū tenore in vſono, baſſus tertiā infra, et altus eandem ſupra requirit. Uel baſſus quintam infra, quartā ſupra, ꝙ ſi baſſus octauam infra occuparit, Altus in tertia ſupra, vel quarta infra concordabit ꝙ aptiſſime. Sin autem baſſus decimam infra tenuerit. Altus tertiā ſupra, aut eandē vel ſextā infra requirit, vt in ſubſcripta figura cōſpicitur.




❡ Secūda, quoties diſcantus ſupra tenorē in tertia ſituatur, Baſſus in tertia infra, et altus in ſexta ſupra, vel ī vniſono locet. Sed ſi baſſus īfra octauā habuerit, quintā eni habere nō pōt, Altus quartā infra, tenebit, Baſſo aūt decimā infra occupante, altus tertiā vel ſextā infra requirit. Quod ſimili vt ſupra pictaſmate ſtudioſus ꝗſꝗ ꝑcunctari poterit. ❡ Tertia, Si diſcantꝰ quītā ſupra tenorē, qđ raro cōtingit, ſortitus fuerit, Baſſꝰ occupabit infra ſextā, et altus ſupra tertiā vel infra quartā. Qꝛ ſi baſſus octauā infra ſonuerit, Altus tertiam ſupra, vel quartam aut ſextam infra poſtulabit.

¶ Quarta. Diſcantu ſextam ſupra tenorem occupante, Baſſus quintam infra, et altus tertiam infra, vel quartam ſupra teneat. Uel ſi baſſus octauā infra tenuerit, Altus in ſola tertia ſupra concordabit, Baſſo aut decimam infra occupante. Altus tertiam ſupra, vel eandem infra ſonabit. Poſſet et octauam infra poſſidere, et cum diſcantu tredecimam ſonare. ¶ Quinta, Si diſcantus in octaua ſupra tenorem locatur, Baſſus in tertia infra, ⁊ altus in tertia, vel ſexta ſupra, aut in quinta infra rite concordat, Cum autē baſſus eandem infra tetigerit, altus quartam vel ſextam ſupra, aut tertiā infra ſonabit. Si vero baſſus octauam infra ſonuerit: Altus tertiā vel quītam ſupra concorditer iubilabit. Baſſo autem ad decimam infra cadente, Altus tertiam vel ſextam ſupra, vel eaſdē infra iure poſſidebit. ¶ Sexta Quoties diſcant⁹ in decima ſupra tenorē quieuerit, Baſſus in tertia infra Et altus in tertia, ſexta, vľ octaua ſupra locum ſibi vendicabit. Qȝ ſi baſſ⁹ in tertia ſupra reperitur, Altus in tertia infra, aut quinta vel octaua ſurſū illi conſonabit. Si autem baſſus ſupra tenorem quintā habuerit, infra enī habere nō poteſt: Altus tertiā ſupra, vľ octauam infra, cōcordem ſeruabit Baſſo vero ad octauam infra cadente. Altus quartam infra, vel tertiam aut quintam ſupra contingere poteſt. ¶ Septima, diſcantu ſupra tenorem duodecimam occupante, baſſus in octaua infra locetur, Et altus in tertia, quinta, vel octaua ſupra. Cum autem baſſus tertiam ſupra ſonuerit, Altus quintam, octauam, aut decimam, concorditer iubilabit. ¶ Octaua, ſi diſcantus ſupra tenorem in quarta locatus fuerit, baſſus quintam infra, et altus tertiam infra, vel ſextam ſupra pro ſua concordia requirit. Conuerſo modo (ſi baſſum primo formare tentaueris) cum diſcantu facere curabis. Si autem quis plures, q̄ quattuor partes cōficere voluerit, ſumat cōcordantias infra vel ſupra, iuxta aliarum partium exigentiā, ſeruatis ſeruandis: quod arbitrio committimus conditoris.

Quibus de cauſis pauſe in contrapuncto ponantur. Caput ſeptimum.

Quid ſit fuga.

Pauſarū ī cōtrapuncto: plurib⁹ de cauſis ⁊ toleratᷣ cōſtitutio. Primo: remouende difficultatis gratia: dum enim due vľ plures cātilene partes ita coaptantur, vt alias coaptare difficile ſit: pauſas ponimus quoad difficultas illa ceſſauerit. ¶ Secundo: propter vitare voces fictas: atq̧ prohibita muſice interualla. ¶ Tertio: propter duas concordantias perfectas diſtinguere: que ſe mutuo ſequi nō poſſunt: niſi vel nota vel pauſa interueniat. ¶ Quarto. formandarum fugarū gratia. Eſt autem fuga vnius et eiuſdem clauſule in exordio vel quouis alio loco: per diuerſas cantilene partes ſucceſſiua diſtributio. Uel eſt eiuſdem clauſule in diuerſis cantilenę partibus repetitio: hoc modo.



DISCANTUS TENOR BASSUS

¶ Quinto: pauſe in cõtrapũcto reſpiratiõs gr̃a admittunť: Ne ob cantilene celeritatẽ: vel ſpũs cantãtis deficiat. Vel ex inordinata reſpiratiõe cõfuſio accidat. ¶ Sexto: vt graduũ muſicaliũ: in ſua ꝑfectiõe ꝑſiſtẽtiũ: intrinſeca ſigna atq; inditia exiſtant. Modus enim ꝑfectus triũ tẽporũ pauſa: intrinſecus deſignať Tp̃s ꝑfectũ: per duas pauſas ſemibreues: cum nota ſemibreui collocatas: vt ſupra lib. 2. ca. 5. dictũ eſt. ¶ Septimo ob pluralitatẽ partiũ cantilene toleranť pauſe: Cantilena enim plurib⁹ q̃ quattuor partibus incedente: cantantibus quibuſdã: quaſdã pauſare neceſſũ eſt: Ne vel ex vocũ nimia elongatione: vel conſonantiarũ inconcinna permixtione: ſuauitas obtundať: et concentus ſtrepere magis q̃ʒ conſonare videať

De vario canentium ritu ac decẽ canendi mandatis. Caput octauum.

Cum quiſq; ſuo viuat genio: nec eiſdem omnes pareant legibus nationũq; diuerſitas: diuerſos mores habeat atq; ritus: habitu: victu: ſtudio: ſermone: cantu. Hinc Angli iubilant: Galli cãtãt: Inquit Franchinus: Hiſpani ploratus promũt: Italorum pars qui Ianuenſium littora inhabitant Capriſare dicuntur: ceteri latrant: Germani vero: quod pudet dicere: vt lupi vllulant. Et cũ ſit meli⁹ familiaritatem deſtruere: q̃ contra veritatẽ aliquid temere diffinire: Veritas dicere cogit: quod amor patrie propalare reprehendit. Germania cantores plures: muſicos paucos nutrit. Nam preter eos: qui in ſacellis principum aut ſunt: aut fuerunt: Pauciſſimi canendi diſciplinam: Cleri gloriã: vere cognoſcunt. Magiſtratus enim: quibus hec res commiſſa eſt: Cantores ſecundum vocis aſperitatem: nõ artis peritiam, ceremonijs ac iuuentuti preficiunt: deũ boatib⁹: mugitibuſq; placari arbitrantes: qui ſuauitate magis q̃ ſtridore: plus affectu q̃ voce in ſcripturis legitur gaudere. Nã vbi in canticis Solomon: vocem eccleſie in auribus Chriſti ſonare ſcribit: mox cauſam: vt quia dulcis ſit: ſubiungit. Recte igiť Baptiſta Mantuan⁹ Neotericus ille Virgilius in omnem turgidum inſcium atq; boantem cantorẽ inuehitur dicens. Cur tantis delubra boum mugitib⁹ imples? Tu ne deum tali credis placare tumultu? Quem in cymbalis non ſimpliciter: ſed bene ſonantibus laudandũ Propheta precepit.

Angli. Galli. Hiſpani. Itali. Germani.

Baptiſta. Mantuan⁹ Propheta

De decẽ mãdatis oĩa canẽti neceſſarijs.

¶ Quū varij varijs in diuina laude abuſionibus agitenᷣ, mō indecenter
corpus mouendo, mō indecoros oris hiatus faciendo, modo vocales mu-
tando, Statui preceptis ꝙ breuiſſimis, cātores quoſcꝫ, quo minꝰ errēt, in-
ſtituere. ¶ Primū, Cupiens quicpiā decantare, pre oībus tonū ac reper-
cuſſionē eiꝰ diligenter animaduertat. Nam qui cantum citra toni cognitio-
nem canit, idem facit quod is, qui ſyllogyſmū extra modū ac figuram com
ponit. ¶ Secūdū, ſcalam ſub qua cātus decurrit vigilanter attendat, ne
ex molli durū, aut ex duro mollem faciat. ¶ Tertiū, vocē quiſcꝫ canentiū
[Saxo-] verbis cōformare ſtudeat, ita vt in re lamentabili triſtē, hylari vero ꝙtū
[nes cla-] poteſt iucūdū cōcentū promat. Qua in re non poſſum nō mirari Saxones,
[ri ger-] preclariſſimos germanie populos (quorū preſidio educatus et ipſe ſum, ⁊
[manie] ad ſcribendā muſicā inſtigatus) ꝙ in mortuorū exequijs preacuto, hylari,
[ppli] [Vale-] atcꝫ iucundo concentu vtantur Non alia vt reor cauſa, ꝙ ꝙ vel mortē (vt
[rius.] Ualerius de Cleobi et Bitone fratribꝰ lib. 5. ſcribit) ſummū homini bo-
[Ma-] nū eſſe, vel poſt corpus animas (vt apud Macrobiū lib. 2. de Sōnio Sci
[crobi.] pionis eſt) ad originem dulcedinis muſice, id eſt celum recidere credant.
Quod ſi ita eſſet, Ipſos mortis huius terrene ſtrenuos contēptores, ac fu-
ture glorie zelatores eſſe iudicaremus. ¶ Quartū, Menſure pre omnibꝰ
[Orien-] teneatur equalitas. Nam ſine lege ac menſura canere, eſt deum ipſum of-
[tales] fendere, qui omnia nūero, pondere, et menſura bene fecit. Quare reſipiſ-
[franci.] cant orientales Franſci: gentiles mei, Nec vt antea in chorali cantu, notu
[Herbi-] las iā producāt, iā corripiāt, ſed ab Herbipolenſi nobili eccleſia, capite ſuo,
[polis] [Pra-] in qua optime canitᷣ, canendi exemplū ſumant. Quod et Bragenſi eccleſie
[ga.] nō minus foret vtile: ꝙ decorum, qm̄ et ipſa notas iam producit, iam plus
equo abſumit, Nec hoc inter pretereunda ponamꝰ, quod pietas, quā vita
functis debemus, expoſcit. Quorū vigilie, ita enim vulgo dicuntur, tanta
confuſione, tanta feſtinantia, tanta illuſione (Neſcio quis mentes eorum,
quibus hec res commiſſa eſt, Alaſtor exagitet) perſoluuntur, vt nec a vo-
ce vox, nec ſyllaba a ſyllaba, nec interdum per integrū pſalmū a verſu ver
ſꝰ diſcerni queat. O impietas diris plectenda ſupplicijs, Talē o paſtores
ijs, quorū beneficio et viuitis et hoc habetis quod eſtis, pro meritis merce
dem redditis? Talem pro ijs, quorū largitionis opem indies poſtulatis,
rogitatis, extorquetis, preces funditis? Tali vlulatu, tali ſtrepitu, tali mur
mure, cui nulla deuotio, nulla verborū expreſſio, nulla ſyllabarū articula-
tio ſubeſt, deum placari creditis? Rixantes canes audiret ſatius ſummus
omniū parens, ꝙ hec veſtra murmura, nec lege nec modo prolata. Quid
de priuatis (bonorū pace dictū ſit) orationibus dicam, cū publice, quas ꝓ
mortuis funditis, tales ſunt, vt hominibus diſpliceant, deū, qui imperfec-
ta dona odit, offendant, quam vereor, illas, ijs fore peiores. An non credi-
tis, vos olim de villicatione veſtra reddituros rationem? An non illud
Ezechielis. 33. de manu veſtra ſanguinē eorū requirā, attenditis? Hoc eſt
verbū cunctis, quibus aliorū cura cōmiſſa eſt, iugiter ruminandū, Hoc eſt
Platonis ipſius ſpeculū, in quo faciem ſuam ſepius contemplari debent
paſtores, vt vita, ſubditis, ſanctitatis prebeant, exemplum, ⁊ fidelibus de-

functis oratione, prece, cantu pietatis preſtent ſuffragiū Juſtū enī eſt, piū ē:
ſanctū eſt pro defūctis orare: vt a peccatis ſoluantur. ¶ Quintum, auten-
torum tonorum cantica, profunde ſubiugalium acute, neutralia vero me-
diocriter intonentur. Hec enim in profundum, illa in acutum, verum iſta ī
vtrunq; tendunt. ¶ Sextum, mutatio vocalium parū docti cantoris eſt
indiciū. At licet varij in hoc populi varie peccent, multitudo tñ peccanti-
um non tollit peccatum. Qua in re attendant, imprimis franci ne u pro o,
vt ſolent, pronuncient, nuſter pro noſter dicendo. Religioſi quoq; campe-
ſtres cenſuram non euadunt, dum Arem⁹ pro Oremus legūt. Simili abu
ſione Renenſes oēs a Spyra vſq; Confluentiā vrbem, i vocalē in ei dyph [Renēſes.]
thongū vertunt, Mareia ꝑ maria dicentes. Ueſtphali, pro a vocali, a et e
coniunctim proponunt, videlicet Aebs te, pro abs te. Saxones interiores [Spyra.]
ac tota natio Sueuorū e Uocalē per e ⁊ i legunt, deius pro deus dicentes. [Confluentia.]
Germanie quoq; inferioris incole, omnes coniunctim u et e, pro u vocali
exprimunt. Quos errores licet Germanie lingua perſepe requirat, Latina [Vueſtphal.]
tamen: que nihil cōmercij cū noſtro vulgari habet: maximopere abhorret.
¶ Septimum, caueat cantor ne aſino clamore cantum plus equo vel inci- [Saxones]
piat, vel inceptum vocis inſtabilitate ſurſum trahat. Non enim clamor,
ſed amor aures demulcet omnipotentis, non ſtrepitus ille labiorum, in- [Sueui.]
quit Eraſmus noſter, ſed ardens animi votum, Uelut vox intenſiſſi- [Inſerio.]
ma diuinas ferit aures. Moyſes nullam edebat vocem et tamen audi-
uit: quid clamas ad me. Sed cur Saxones et qui Baltica littora acco- [Germani.]
lūt ijs gaudeāt clamoribus, cauſa nulla ſubeſt, Niſiq; vel ſurdū deū habeāt.
Uel (quia in auſtro celos cōſcendit) ipſum et boreales et auſtrales ob di- [Saxones Balthici.]
ſtantiam equaliter audire non poſſe autumant. ¶ Octauum differentiam
feſti a feſto, quiſq; canentium, diſcernat, Ne ſimplici feria, velut ſumma, vl
ſolēniſſet, vel torpeat omnino. ¶ Nonum, indecens oris hyatus, atq; inde [Coloni.]
corus corporis motus, cantorem declarat inſanum. ¶ Decimū, ſuper om-
nia deo ſtudeat placere cantor, non hominibus. Inter omnes etenim ho- [Gui.]
mines, Inquit Guido, fatui ſunt cantores, quibus querenda deuotio con-
temnitur, vitāda laſciuia queritur: quoniam id quod canunt, ad homīes,
non ad deum ordinant, humanam illam gloriolam querunt, vt eternam
amittant, hominibus placere conantur, vt deo diſpliceant. Alijs deuotio-
nē, qua ipſi carent ingerūt. Creature fauorē laudēq; et venant et ambiūt,
Creatoris autem contemnunt, Cui debetur honor Cui reuerentia, cui fa-
mulatus. Cui me: meaq; omnia deuoueo, cui pſallā q̄ diu fuero. Ipſe enim
a terra ſuſcitauit inopem: et de ſtercore erexit pauperem. Benedictum igit
ſit nomen eius glorioſiſſimum in ſecula ſeculorum AMEN.

Finis huius operis.

Has noſtras muſicalũ Theorematũ elucubratiões: aliquot iã
ãnis: non arrogantie cauſa: vt quidam Zoili ganniunt: ſed vt
dormitantibus alijs: ipſe iuuentuti germanice prodeſſem: ex-
quiſitas: et iam tandem in formam libri redactas: Typogra
phieq; oblatas: Studioſi lectores amicis oculis inſpicere dig-
nentur. Verũ ſi ſtyli humilitas: et verborũ ſimplicitas quem offenderint.
Velim materie in qua verſamur: et pueris: quib⁹ ſcribimus: id attribuat.
nota Non deerunt ſcio qui laborem hunc noſtrum: canino dente lacerabunt: a
tergo ferient: priuſq̃ legant deſpicientes: et anteq̃ intelligunt annihilan-
tes. Qui et videri q̃ eſſe muſici malunt: non autoribus: non preceptis: non
rationibus: obtẽperãtes: Sed quicquid cerebroſo ac fantaſtico ipſorũ capi
ti placuerit: id licitũ: id artificiale: id muſicũ affirmãt. Quib⁹ autẽ ne det
Anti oro. Malis enĩ diſplicere: laus eſt. Immo: vt Antiſtenis philoſophi vtar
ſtenes ſentẽtia: Superioris perſone eſt detractionẽ pati: inferioris facere. Et cum
potior ſit vnius ſapientis laus q̃ decem ſtultorum: non detrahentium plu
ralitem: ſed qualitatem conſiderate: Attendẽtes q̃ facile ſit garrulas iſtas
picas conuincere: et quaſi pulices inter vngues comprimere. Neq; ijsqui-
bus ars odio eſt auſcultate: Quia quod ipſi ob ingenij hebetudinem (fru-
ſtra enim aſino lyra canitur) aſſequi non poſſunt: hoc alijs et diſſuadent
et interdicunt. Sed barbatum me, q̃m manum ferule ſubduximus credite
Iuſtia magiſtrũ dicere: fides enĩ preſtanda eſt peritis in arte: inquit maieſtas im-
nus. perialis. Sint itaq; Candidiſſimi lectores: quos Ornitoparchiana reficit
diligentia: ijs paucis contenti: q̃ primũ enim reſpirauero maiora videbũt.

Tetraſtichon authoris ad Librum.

I liber: et ſummi laudes diffunde Tonantis:
Nec timeas lingue ſubdola verba male.
I: tua te pietas: cultus non ipſe probabit:
Ergo age non cultu: ſed pietate place.

Libellus ad Lectorem.


Sum pietate liber: tenues modo miſſus in auras
Defero Arionios: ſub breuitate modos
Pieridum cantus: celi quis numina: manes:
Placari tellus: pontus: et aſtra queunt.
Pauperibus pregnans ego ſum: medicina: ſaluſq;
Diuitibus ſplendor: pontificumq; decus.
Icta Dionaeis con ſolor pectora flammis:
Me ſine nil Phebus: nilq; Minerua poteſt.
Martia caſtricolas: tremulo dũ tympana bombo
Inſtrepitãt: plauſum concito ad arma viros.

Quique graves geſtant: animorum pondera: curas
ad me confugiant: mite levamen ero.
Serio magnanimis: ſolatia preſto iocoſis:
Integra: nunc fletus ingero: nunc adimo.
Munus et hoc mihi: cuique ſuas ancillor ad arteis
Me legat hinc vates: navita: paſtor: eques.
Quo me quisque vocat curſim ſequor: ipſe parentis
Sic docuit chari: non ſine laude labos.

Henrici Cotheri Brunopolitani Artium magiſtri ad Andream Ornitoparchum Argutiſſimum artis modulatorie profeſſorem: Epigramma.

Dii tibi Neſtoreos vitam dent ducere in annos
grata iuventuti: qui modo dona dabas.
Muſica enim ingenio nunc divulgatur in omnes
(Laus ſuperis) homines: Ornitoparche tuo.

Excuſum eſt hoc opus: denuo caſtigatum: recognitumque: Lipſiae in edibus Valentini Schumanni: calcographi ſolertiſſimi: Menſe Aprili Anni virginei partus undevigeſimi ſupra ſesquimilleſimum.



B.P.L. Bindery,
SEP 18 1925